

...ria


V
B
J
C

1669 —



MOSIS AMYRALDI

De Seceßione ab

ECCLESIA ROMANA

DEQUE RATIONE PACIS inter Evangelicos in religionis negotio constituendæ

DISPUTATIO,

AD ILLUSTRISSIMUM & Potentißimum

PRINCIPEM

GUILIELMUM VI.

Haſsiæ Landgravium.

Ad Exemplar Salmurienſe recuſa.

Rev: Clar[mo] ac non doctiss[mo] Viro Dno Johanni Macorio. V.D.M. ap. Lesnens: Coetus orthodoxi Pastori vigilantissimo. Dno Fautori ac amico benevolentissimo mittit: A. S. Hartman.

LECTORI
Salutem.



Abes, Pacifice lector, Clarissimi Viri Mosis Amyraldi præsentem libellum descriptum ex primo, quod Salmurii editum est, exemplari, ne apice quidem mutato: nisi fortè Typothetis nostris error obrepsit. Videt quivis, qui hæc legit,

majorem rerum Germanicarũ notitiam ad hoc ſcriptionis genus afferri potuiſſe. An is qui tam validis cohortationibus in pacem nititur nos Germanos compellere, Auguſtanam ſequentes Cõfeſſionem oppoſuiſſet, [quod ſæpe hic facit] Reformatis? [quos odioſo Calvinianorum nomine gravari, vix æquo animo ferimus] ſi ipſi conſtitiſſet, Reformatos Auguſtanæ Confeſſionis & Conſortes & defenſores inde usq; ab ejus primor-

diis

diis fuiſſe præcipuos: cu-
jus propoſiti adeò adhuc
ſunt tenaces: ut propter
hanc ipſam cauſam For-
mulam Cõcordiæ *S*axo-
nicæ nõ receperint, ac ne
nunc quidem eam appro-
bent: ne[quod Pontificii
Lutheranis faciunt] ab
Auguſtana Confeſſione
ſeceſſionem feciſſe aut
Confeſſionem ſuam mu-
tâſſe inſimulari queant.
Quæ accuſatio irrita
prorſ9 & nulla eſt ex par-
teReformatorum inGer-
maniâ: quippe qui nullã
habent Confeſſionem a-

li-

liam, niſi Auguſtanam. Quod adeò verum eſt, ut ſolenni juramento ſe eidē obligent in promotionibus Academicis & inaugurationibus atque initiationibus officiorum tū Eccleſiaſticorum, tum Politicorum. Movit hæc eadem ratio quosdā Ordines & Urbes Imperiales ut in hodiernum usque diem ſibi cum Formulâ Concordiæ Saxonicæ nihil velint eſſe cōmercii. Præterea non fuerat omittendum, paratos fuiſſe & eſſe hodieque

que Reformatos ad porrigendam fraternitatis dexteram Lutheranis: quos ſemper quoque inſtigarunt ad priscarum offenſionum abolitionē, piamqué tolerantiam, quamvis fruſtra fuerint. Tamen non ubique fruſtra: nam alicubi ſuaviter & amicè inter ſe conſpirant. Hactenus igitur ab omni culpâ ſchismatis & ſcandali fiunt immunes Reformati. Nequimus autem exputare, cur factum ſit, ut Formulæ Concordiæ Saxonicæ

mentionem in hoc opere ſuo ne ſemel quidem faceret Autor. Tribuimꝰ hoc prudentiæ ejus; quippe qui nihil ſine magno agere conſilio ſuetus ſit. Hic tamen dignus vindice nodus occurrit. Illius ſiquidem ſectatores quidam (omnes enim tanti rigoris poſtulare vix audemus, aut ſi tantus alicubi Eccleſiaſticorum fortè eſt rigor, ſcimus tamen eum à prudente Magiſtratu temperari ſolere) legum & juramentorum quaſi trabalibus quibus-

dam


dam clavis, & densis funibus se mutuò obligant obdurantque ad separationem ab Ecclesiis non solùm vicinis in Germaniâ, sed per Orbem Universum sparsis Reformatis, saltem Reformatorũ Pastoribus & Doctoribꝰ. His illi quamdiu Formulam suam retinent anathemata impingunt: eosdem, si penes ipsos staret, etiam â pace publica excluderent. Hîc Dn. Amyraldi consilium expectamus, imò deposcimus quid sit opus facto.

Hoc

Hoc monendum fuit [cæteris non ſine cauſa in præſens disſimulatis]ne Clarisſimus Theologus Amyraldus præjudicium aliquod juribus & privilegiis Reformatorum in Germania attuliſſe videri queat: id quod ne ipſi quidem fore ingratum, plenâ ſpe confidimus.
Vale.







DE SECESSIONE AB ECCLESIA ROMANA,

DEQUE RATIONE PACIS inter Evangelicos in religionis negotio constituendæ.

Ad Illustrissimum & Potentissimum PRINCIPEM

GVILIELMUM VI. Hassiæ Landgravium.



Tsi te non latet, opinor, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, quid in Synodo Ecclesiarum nostrarum, anno millesimo sexcentesimo trigesimo primo Carentoni habita, de communione cum Lutheranis in religionis nego-

tio colenda decretum ſit, quia tamen id ad eam rem quam inſtituo meliùs peragendam videtur abſolutè neceſſarium, dignum verò per ſe eſt ob incredibilem charitatem quam ſpirat, & aſſidua recordatione, & celebratione ſempiterna, hîc in ipſo limine operis cum bona Celſitudinis tuæ venia commemorabo. Quum igitur Burgundiæ legati, ſuo & collegarum ſuorum in ea Provincia nomine quęſiviſſent, num fideles qui Confeſſionem Auguſtanam ſequuntur, quibus cum Burgundis & Lugdunenſibus ob viciniam & varia mercaturæ negotia frequentiùs quàm cum reliquis commercium intercedit, admitti poſſint in Eccleſiis noſtris ad contrahenda matrimonia, & ad offerendos infantes ſacri Baptiſmi tincturæ, citra præcedentem abjurationem opinionum quas Eccleſiarum Gallicanarum doctrinæ contrarias ample-

ctun-

ctuntur, Synodus unanimi legatorum conſenſu ſententiam ſuam ſic declaravit. *Quandoquidem Eccleſiæ confeſſionis Auguſtanæ conveniunt cum cæteris Eccleſiis Reformatis in præcipuis articulis fundamentalibus veræ religionis, nulla autem eſt in earum Cultu religioſo nec idololatria nec ſuperſtitio, fideles illius Communionis, qui cum ſpiritu charitatis & verè pacifico cœtibus publicis Eccleſiarum hujusce regni ſe ſe aggregant, & earum Communionem concupiſcunt poſſunt citra ullam abjurationem admitti ad contrahenda matrimonia cum fidelibus noſtræ Confeſſionis, & ad offerendum, tanquam ſuſceptores, infantes ad Baptiſmum, dummodò ſenatui Eccleſiaſtico promittant à ſe nunquã eos ſollicitatum iri, neque directè, neque indirectè, ad id ut doctrinæ quam Eccleſiæ noſtræ recipiunt & amplectuntur, ullo modo contraveniant, neque à ſe quicquã edoctum iri niſi ea in quibus inter nos*

 omnes

omnes consensio est. Quod decretum summa sapientia summaque charitate conditum, præbuit tamen nonnullis paulo minus in istis rebus exercitatis hæsitandi materiam, præsertim verò prædicatoribus Ecclesiæ Romanæ amplam & magnificam, uti putarunt, occasionem declamitandi. Illi enim, quia omnes penè in Ecclesiis nostris ea opinione imbuti sunt, invaluisse in communione Lutheranorum certa quædam dogmata de præsentia corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento, de naturarum in Christo & idiomatum earum communicatione, deque aliis rebus à quibus nostræ mentes abhorrent, mirati sunt quæ possit esse in religione cum hominibus communio, qui opiniones istas tam longè à vero semoras fovent, atq; tuentur. Hi multo importuniores nostrā eam Christianam facilitatem ita interpretati sunt,

funt, quafi argueret in nobis animum injufto & pervicaci odio in Ecclefiam Romanam incenfum atque incitatum; ut qui ab ea feceffionem fecimus, & in ea pertinaciter perfeveramus, cùm non detrectemus Lutheranorum communionem, à quibus haud minus tamen juftas minusque idoneas rationes fecedendi habemus. Quid enim nos ac Ecclefia Romana feparavit, nifi doctrina de præfentia reali corporis Chrifti in Euchariftia? Quid autem inter doctrinam Lutheranorum & Pontificiorum in eo argumento magnopere intereft, ob quod cum illis pacem inftituere, cum his bellum inexpiabile gerere in animum inducamus? Ut utrisque fatisfieret, nonnulli inter noftrates: doctiffimi eloquentiffimique viri, Apologiis in lucem editis decretum illud Synodi Carentonienfis & luculenter interpretati funt, & ab adverfari-

orum calumniis ſplendidisſimè vindicarunt. Et infirmis quidem iſtis è noſtra communione hominibus ea ratione abundè ſatisfactum eſt, adeò ut omnis ex eorum animis ſcrupulus exemptus eſſe videatur. At nulla tanta vis eſt ingenii, nulla tanta dicendi ſcribendique facultas, nullum denique tantum pondus rerum, tantūque robur argumentationum, quod nationem illam declamatorum compeſcere valeat. Homines Pontifici Romano mancipati, vel libros noſtros non legunt, vel lectos non intelligunt, vel aliquatenus intellectos de induſtria depravant atque corrumpunt, quaſi nihil quicquam ad eorum cavillationes reſponſum unquam eſſet, eadem ſemper repetunt & inculcant, cumque vident ſe nihil poſſe adverſus rationum momenta, capitum lemmata carpunt, Epiſtolas dedicatorias vellicant, multa haud

ſatis pudenter ſanè confingunt,& in librorum auctores ſtrenuè debachantur. Equidem aliquandiu credidi conſultius futurum eſſe ſi inanes illas vel calumnias vel cavillatiunculas præterfluere fineremus, Nec enim qui religionem Romanam profitentur lucubrationes noſtras legere ſolent,& eorum magna pars rerum iſtarum admodum imperiti, prædicatorum nænias quas ex umbone magno faſtu detonant,adeò avidis auribus excipiunt,ut defenſionibus noſtris apud eos nullus locus ſuperſit. Duæ tamen cauſæ fecerunt, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, cur mutato conſilio ad hanc ſcriptionem animum appulerim. Vna eſt,quod quum Pontificii iſti concionatores in uno præſentiæ corporis Chriſti in Euchariſtia realis articulo hæreſcant, quaſi ſolus occaſionem ſeceſſioni præbuiſſet, exiſtimavi è re futurum

esse si reliquas separationis causas breviter percurrerem, ostenderemque quâm graves illæ fuerint quàmque necessariæ. Nam doctrina de Transsubstãtiatione quidẽ, quæ post se traxit hostiæ adorationem, talis est, ut si una esset in Ecclesia Romana à puritate religionis aliena, ejus tamen communionem horrere deberemus. Quid enim in religione cogitari designarique potest vel atrocius adversus Deum, vel ad spem salutis obtinendæ perniciosius, quàm si divinum cultum ei rei tribueremꝰ, quam persuasissimi sumus ne vivere quidem atque sentire? At multa præterea sunt in ea, quæ si dogmatis illius diritatem non exuperant, per se tamen spectata sigillatim omnem conscientiam cognitione veritatis imbutam adeò graviter offendunt, ut planè nequeant tolerari. Altera est, quòd quum præstantissimi viri qui decre-

tum Carentoniense defendere susceperunt, in una pariter doctrinæ de præsentia reali consideratione operā suam consumpserint, nonnulla verò sint alia dogmata in quibus inter Lutheranos & Ecclesias Reformatas haud satis convenire videtur, repulerunt illi certè quidem solidissimè Pontificiorum objectiones ex uno Eucharistiæ Sacramento desumptas, quod unum illis propositum fuit; at viam ad reconciliationem cum Lutheranis non satis latam satisque munitam aperuerunt. Etsi autem pacis inter Evangelicos constituendæ ratio semper frustra tentata est à viris præstantissimis, improsperi autem infelicesque successus desperationem afferre solent nequid ipsi aggrediamur in quo cassi fuerint atque inutiles labores aliorum, haud invitus tamen ad eam cogitationem explicandam accedo, num Ecclesiæ partes,

quas lamentabile ſchisma ſuperiore ſæculo divulſit, tandem aliquando reconciliari posſint. Nam incœptum quidem arduum eſt, & multis difficultatibus obſtructum atque impeditum, multaque ſunt, atque adeò imprimis peccata noſtra, quæ prohibere videntur quominus nobis perſuadere audeamus. tantum tamque omnibus verè fidelibus optabile bonum miſerrimis hiſce noſtris temporibus fuiſſe deſtinatum. Quum enim plerique Theologi nunc ita ſint animati ut in una eademque communione vix ſeſe mutuò ferant, ob leviculas quaſdam diſſenſiones, quæ neque ad Dei cultum, neque ad puritatem religionis ullo modo pertinere videntur, quid futurum eſſe cenſemus cùm ventum erit ad compoſitionem disſidiornm poſitorum in rebus longè majoris momenti, quæque Evangelicos jam ſæculum integrum

&

& quod excurrit, diſtraxerunt à ſe invicem, & Theologorum in utraque communione, præſertim verò in Lutherana, animos ſupra quàm dici poteſt exacerbârunt? Verùm uſqueadeò dulce nomen eſt concordiæ, præcipuè verò illius quæ fideles diremptos inter ſe conciliet, quos una cauſa divinæ veritatis, unaque ſuæ ſalutis cura ab Eccleſiæ Romanæ ſocietate disjunxit, ut tametſi exigua rei conſequendæ ſpes affulgeat, ipſum per ſe tamen bonorum mentes delectare, & ſtudia excitare debeat. Huc accedit quod video præſtantisſimos viros, tam in inferiore quàm in ſuperiore Germania, poſt tot ſuos & aliorum inutiles conatus, non abſtitiſſe tamen ab eo propoſito, neque ſpem illius obtinendi penitus abjeciſſe: quorum zelus, quantum quidem id à nobis præſtari poteſt, juvari debet, ne ſe deſertos in incepto adeò lauda-

bili, aut nimis negligenter sublevatos esse querantur. Postremò neque de Dei benignitate erga nos si ejꝰ opem votis exposcamus ardentibus & assiduis, nisi magnificè sperandum est, neque de Principum Protestantium, quorum auctoritas plurimum in eo pollet, pietate ac sapientia minus quàm par est, honorificè cogitandū. In primis verò dici non potest quanta spes me teneat, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, fore ut illa tua pietas in ipso flore juventæ, & in excelsissimo dignitatis fastigio singularis, nec non in indole magnanima bonitas quædam incredibilis, cùm alibi tùm præcipuè in incomparabili illo eniteat opere ad quod te Potentissimorum tuorum majorum, & parentis adeò tui herois nimis citò terris exempti, exemplum vocat. Illi enim & primi omnium conciliationem inter Lutherum atque Zwinglium, eximios

que alios Theologos tentarunt, & ſuis conatibus dejecti, ſpem non abjecerunt tamen, neque pacem in Ecclesia Dei omni ope moliri deſtiterunt, eumque animum in te cum generoſiſſimo ſanguine propagârunt, ut eorum veſtigiis inſiſteres, & bonum iſtud opus, donec manum ipſi rei admoveas, votis proveheres ac promoveres. Quamobrem quid pro virili parte ad eam rem procurandam conficiendamque conferre queam, hîc cum bona omnium venia, & favente, uti quidem ſpero, Dei numine, periclitabor. Concordiæ formam ubi rudibus veluti lineamentis adumbravero, ſi posſit utrique parti placere, exorietur forte aliquis qui eam ſuis coloribus imbuat, & cujus induſtria ad pleni & accurati operis abſolutionem deducatur;

PARTITIO OPERIS.

De Regimine Eccleſiæ.

CAPUT I.

ECcleſiarum igitur inter ſe communio in tribus rebus conſiſtere videtur: In cultu qui DEO exhiberi debet, & ex quo ſalus naſcitur: In ſimilitudine dogmatum ex quibus cultus ipſe divinus effloreſcit: Et in regimine ſocietatis, quæ ex dogmatum explicatione & ſalutis ſpem & divini cultus inſtituta depromit. Quocirca ſunt illa nobis breviter percurrenda, ut qua ratione quicquid eſt diſſidii paulo memorabilioris inter Eccleſias Evangelicas componi & ad reconciliationem perduci poſſit, meliùs & accuratiùs intelligamus. Qua in re procedemus ordine retrogrado, ut à facilioribus ad difficiliora pro-

progredientes, primùm agamus de regimine, deinde tractemus de reconciliatione dogmatum, ac denique de cultu ipſo divino, quoad ejus à nobis fieri poterit, breviter ac dilucidè diſputemus. Ut igitur à regimine ordiamur, magnum momentum ad pacificationem habere videtur, quod non modò omnes Eccleſiæ Proteſtantes atque Evangelicæ ſeceſſionem ab Eccleſia Romana fecerunt, ſed cur ſeceſſionem facerent, eandē cauſam habere ſe putârunt, non ſolùm in idololatria atque hæreſi, ſed etiam in regiminis tyrannide conſtitutam. Ferre enim illæ neque potuerunt neque debuerunt certè quidē, quod Eccleſia Romana tantos ſpiritus ſumpſerat, ut jus ſibi arrogaret in cæteras omnes pro imperio dominādi, adeò ut quæ Chriſtiana ſocietas ex ejus nutu non penderet in omnibus, ſpe ſalutis excideret, ac ne pro Chriſtiana quidē ulla ratione haberetur.

Con-

Conveniunt ergo in eo quod in Ecclesiæ regimine capitale est. Illud enim considerari debet vel in amplitudine administrationis, vel in legum condendarum auctoritate. Et ad amplitudinem gubernationis atque administrationis quod attinet, quod Episcopus Romanus id sibi assumit ut sit Episcopus universalis, cujus imperium tam latè pateat per universum orbem terrarum, quàm latè diffunditur Ecclesia ipsa, quæ non aliis quam orbis ipsius finibus terminatur, id existimant esse & impossibile factu, & arrogatu sacrilegum ac minimè ferendum. Impossibile, inquam, factu est, partim ob varietatem imperiorum politicorum, intra quorum fines Ecclesiæ particulares habitant, partim ob ipsam rerum multitudinem & diversitatem incredibilem quæ ad externum Ecclesiæ regimen referuntur. Illa enim prohibet quo-

minus consentiatur ab omnibus Principibus in unius Episcopi electionem, ne plus huic quam illi faveat in eis controversiis quæ nimis sæpe ex imperiorum administratione succrescunt. Hæc vero impedit ne mens ulla humana tantæ moli sufficere queat quanta foret cum Episcopatu universali necessariò conjuncta. Neque verò tam magnæ rei affectatio sacrilegio caret. Non enim sanè Deus genus humanum in tam varias imperiorum & rerumpublicarum formas dissecuit, nisi quod orbem terrarum uni homini subjicere non voluit, sive quia tanto muneri nemo potest esse par inter homines, ob virium animi imbecillitatem, sive quia majestas quæ nascitur ex tanto dominatu in merum hominem non cadit, & sortem humanam longè supergreditur. Quum igitur & negotia ad religionem pertinentia per omnes mun-

mundi plagas convenienter admini-ſtrare, res ſit magis ardua quàm rege-re genus humanum in iis quæ ad hanc vitam attinent, reverentia au-tem quam *Eccleſiæ* gubernatio pa-rit, faciliùs, ut experientia conſtat, a-nimos hominum ſuperſtitione & i-dololatria occupet, quam quæ ex ad-miniſtratione Reipublicæ concilia-tur, qui in univerſalem Epiſcopatum invadit, & rem attentat quæ vires di-vinas deſiderat, & ad apicem dignita-tis adſpirat, qui & humana ſorte ſub-limior eſt, & religioni ipſi ac ſaluti hominum plusquam dici poteſt peri-culoſus. Legum condendarum aucto-ritas ſpectatur in duabus potiſſimum rebus: nimirum in materia ipſa cir-ca quam verſatur legum latio, & in earum majeſtate, quæ ex eminentia Legislatoris pendet. Et de mate-ria quidem magna eſt item inter E-vangelicos conſenſio in Romani Põ-tificis intoleranda audacia rejicienda.

Quum

Quum enim duplicem ille sibi potẽtiam attribuat, unam directam, spectantem ad res quæ ad religionem attinent, alteram indirectam in res tẽporales quæ cum religione aliqua sunt affinitate conjunctæ, in utraque illa re fuit ejus ambitio damnanda. Nam ad res tẽporales quod attinet, Deus ita res humanas procuratione Providentiæ suæ rexit, ut eorum quæ ad hanc vitam pertinent, potestatem summis Magistratibus attribuerit, à rebus divinis & religiosis planè sejunctam. Quamobrem qui id sibi sumit, ut, quum sit Episcopus, rebus religiosis præpositus, temporalibus ac politicis manum injiciat tamen, ille in Magistratus locum involat, & divinã institutionẽ pervertit. Alterũ genus rerum quum duplex sit, unum earum quæ natura sua bonæ vel malæ sunt: alterum earum quæ mediæ sunt atque indifferentes, illas ipse

Deus

Deus ſuis legibus ſanxit, has permiſit arbitrio Eccleſiæ, ut eis ad ſuam ædificationem, pro variis circumſtantiis locorum, temporum, perſonarum, vel abſtineat, vel utatur: at ita tamen ut neque ſibi libertatem quam Chriſtus nobis ſangvine ſuo peperit, patiatur eripi, neque cuiquam eripiat è numero fidelium, poteſtate illa ſua nimis licenter abutendo. Hîc autem Pontifex Romanus tantum ſibi juris attribuit in Eccleſia Chriſtiana, ut quæ Deus vel vetuit vel imperavit, aut jubeat eſſe libera atque ſoluta, aut contraria ſanctione arroganter invertat. Quod quid aliud eſt quàm Deo ſeſe non modò parem efficere, ſed etiam ſuperiorem? In rebus autem natura ſua indifferentibus, & in quarum uſum vel abſtinentiam jus aliquod Eccleſiæ ſuæ Deus eſſe voluit, tanta licentia verſatus eſt, ut legibus ad diſtinctionem dierum, & ci-

borum delectum, & omne genus inutilium ac penè anilium ceremoniarum pertinentibus populum Christianum obruerit, & religionem ipsam extinxerit ac suffocarit. Majestas legum tanta est quanta est eminentia legislatoris, ut si legislator sit omni jure solutus, legum majestas summa sit ac prorsus inviolata; si legislator talis est ut suæ administrationis rationem reddere debeat, tum legum observatio non est adeò stricti juris, quin detur ad eum provocatio, cujus potestas super eminet. Hîc autem omnes Evangelici consentiunt nullam esse debere tantam ullius Episcopi in Ecclesia Christiana auctoritatem in constitutione legum, quin vocari possit in jus coram legitimo consessu aliorum Episcoporum, rationem suorum edictorum redditurus. Quod si quis tantum sibi arroget ut sese non solùm fratrum suorum cognitioni subdu-

subducere nitatur, sed etiam in eorũ consessu atque concilio dominari, in eo Antichristianæ tyrannidis characterem altè impressum esse putant. Quum igitur nemini dubium vel ignotum esse posit, quin tanta sit Romani Pontificis arrogantia, ut velit hominum conscientias suis legibus haud minus quam divinis obligatas teneri, nec ulli licitum esse vel in earum jus inquirere, vel de earum injuria queri, uti habent in eo Evangelici plusquàm justam & idoneam causam ab eo secedendi, sic nihil vetare potest quo minus eatenꝰ in unum corpus coalescere queant. Et quando id in Ecclesia Romana pati nequiverunt, ut tantos spiritus gereret, æquum sanè esse non potest ut ejus superbiam & ambitionem imitentur. Quapropter omnes Ecclesiæ Evangelicæ hoc veluti pro fundamento suæ reconciliationis jacere debent, earum nulli licitum esse jus sibi ac po-

potestatem usurpare condendi leges in alias, easque auctoritati suæ obnoxias habere. Fieri enim certè potest ut Deus pro ea qua præditus est sapientia, eaque potestate quâ pollet distribuendi dona sua pro arbitrio, spiritus revelationis & prudentiæ copiam earum alicui quàm cæteris uberiorem indulserit. Nullam tamen ex earum numero ea prærogativa donavit, ut vel sola teneat quæ sunt ad salutem creditu necessaria, vel sola pura sit ab iis rebus quæ spem æternæ vitæ labefactare possunt, vel denique sola sit ad id dignitatis fastigium evecta, ut ejus majestatem, seu in Concilio, seu in aliquo singulari Episcopo spectetur, omnes aliæ comiter & submissè revereri teneantur. Sunt autem Ecclesiarum Evangelicarum tres formæ regiminis. Aliæ enim utuntur Pastoribus æqualis omnino auctoritatis atq; ordinis ut Ecclesiæ Gallinicæ, & Belgicæ & Scoticæ. Ali-

Aliæ reguntur à Pastoribus quorum ordo quidem unus est, potestas verò nonnihil diversa; ut in Germania & Helvetia, multæ utriusque confessionis, quæ cæteris Pastoribus Superintendentes quosdam ex eorum numero desumptos super imposuêre. Est enim unus idemque eorum omnium ordo, seu munus illud perpetuum sit, seu verò per vices alii aliis pareant & præponantur. Aliæ denique sunt Ecclesiæ nonnullæ in quibus Pastores non solùm diversam potestatem obtinent, sed etiam ordine ipso differunt; ut quæ Episcopis utuntur. Illi enim certè jam à multis retro seculis hoc sibi vindicarunt, ut non aliqua auctoritate duntaxat, verùm etiam ordine antecellerent, & secundum ordinem singulari quadam dignitate decorarentur. Quando igitur Christus quidem & Apostoli hoc disertè constituerunt, debere parti-

particulares Ecclesias omnes gubernari à Pastoribus, & aliqua regiminis forma temperari, quod ipsa rei necessitas flagitat, quæ verò regiminis ista forma potissimum esse debeat, utrum alii aliis auctoritate præcellant, necne, neque rei natura definivit, neque à Christo aut Apostolis æque disertè constitutum est, id primò in pacificatione statuendum esse videtur, ut quo jure hactenus fuerunt Ecclesiarum Evangelicarum Pastores, eodē porrò esse pergant, neque aliæ aliarum statum convellere nitantur. Non est autem existimandum admodum esse difficile factu in Ecclesiastica & religiosa societate, quod in Politica multarum Rerumpublicarum communione, & olim nullo negocio factitatum est, & hisce etiā temporibus usurpatur. Etenim

Rerumpublicarum aliæ administrantur ab ipso populo, aliæ reguntur â paucis optimatibus, aliæ sunt in potestate Monarcharum aliæ deniq; ex omnibus illis formis mixto ac variè temperato regimine continentur. Attamen ita diversimodè constitutæ, multæ sæpe numero, illibato cujusq; statu, coeunt in fœdus atque consociantur. Cujus rei extitit olim exemplum in confœderatione nationum Græcarum adversus Persas, & Macedonas, & etiamnum existit longè illustrissimum in Imperio Germaniæ, aut saltem existebat ante ea bella quibꝰ propemodum universum dissipatum est. Coaluerant enim in unum idemque corpus politicū & populi liberi, & civitates Aristocraticæ, & Principes soluti legibus quibus subditos suos obstrictos

tenent,

tenent, & aliæ cujuslibet seu simplicis seu compositæ formæ ditiones, quæ communes conventus imperturbata pace concelebrabant. Quidni ergo plures Ecclesiæ pariter [sua quæque disciplina, suisque Pastoribus, Senioribus, conciliis denique utentes, possint intacta libertate, certa quadam inter se communione conjungi ac veluti conglutinari? Id verò ut æquum est, & libertati atque paci conservandæ in primis accommodatum, si variæ Ecclesiæ inter se conferantur, sic etiam justum est ut illarum nulli, si præcisè spectetur in se, jus suum abjudicetur immutandi sui regiminis, id si usus & occasio postulat. Nimirum si eæ apud quas pastores æqua dignitate censentur, alios aliis potestate atque auctoritate nonnihil antecellere velint, id illis per-

mittendum esse videtur. Si eis apud quas in usu fuit habere Pastores aliis alios Superintendentium nomine præpositos, magis placet illis jus & nomen Episcoporum assignare, eas à cæteris Ecclesiis quo minus id faciant, nisi fortè precib9, svasionibus, hortationibus, prohiberi atque impediri non oportet. Si quæ hactenus Episcoporū auctoritati paruêre, necessarias causas sese habere arbitrantur, ob quas eam auctoritatem abrogent, nihil pariter vetare debet, quo minus ad aliam gubernandi formam sponte sua redigantur. Utique quum id in duabus potissimum rebus situm sit, potestate aliqua sui juris, & prudentia atque cognitione circumstantiarum quæ mutationem aliquam necessariam faciunt, nec ulli Ecclesiæ Deus eam potestatem

in cæteras attribuit ut ejus imperio subjectæ sint, & verisimile est nemini cuiquã tam benè cognitas esse circũstantias illas ex quibus æstimatur immutationis necessitas, quàm iis quorum maximè inter est eas perspectas habere quique suæ conditionis incommoda senserunt. Neq; verò metuendum est ne vel illa in Ecclesiarum Evangelicarum communione formarũ regiminis diversitas, vel hæc cujusque Ecclesiæ libertas atque potestas suæ gubernationis immutãdæ, aut Deo minus grata sit, aut ab ipsa religione aliquo pacto aliena. Scilicet ut omnis politicæ societatis omnisq; rationis populorũ moderandorũ, qua societas ipsorum continetur, finis situs est in salute reipublicæ, & in felicitate singulorũ seu subditorũ seu civiũ, quantumquidẽ id

in hac vita obtineri poteſt; ſic omnis communionis Eccleſiaſticæ; ōnisq; regiminis quo Eccleſiæ gubernātur, finis cōſiſtit in Eccleſiæ ipſius univerſæ, & in ſingulorum fidelium æterna ſalute immortalique beatitate conſequenda. Quemadmodum igitur etſi politiarum formæ aliæ aliis aptiores ad finem illum politicum obtinendum & accommodatiores eſſe videntur, Deus tamen qui omnis ſocietatis auctor eſt atque cuſtos, noluit omnes hominum cœtus eodem jure teneri, ſed cuique communitati poteſtatem eſſe voluit ſuas leges ſibi condendi, quas ipſe divina ſua auctoritate ſancit: ſic dubitandum quidem non eſt quin ex variis illis adminiſtrandarum Eccleſiarum rationibus, nonnullæ ſint aliquanto quàm aliæ conducibiliores ad eum finem a-

dipiscendum quē religio constitutum habet. At voluit tamen sapientissimus indulgentissimꝰque Deus cuique Ecclesiæ jus esse sibi leges eas ferendi quæ ad disciplinam spectant, & ad ordinem conservandum. Hoc unum in eo genere absolutè necesse est, ut habita ratione variarum circumstātiarum, temporis, locorum, imperiorum, in quorum finibus Ecclesiæ habitant; & aliarum istiusmodi rerum, omnia fiant inter Christianos ex Apostoli præscripto, decenter atque ordine. Reliqua quæ singularia sunt, ex singulariū pariter rerum dijudicatione pendent. Jam ad dogmnta veniamus.

DE DOGMATIBUS,
& levibus controversiis.

Caput II.

DOgmata religionis Chriſtianæ ſunt duorum generum. Alia enim ſunt, ut loqvuntur, fundamentalia, hoc eſt, talia ut eis religio ipſa, & cultus divinus, & ſpes ſalutis contineantur. Alia verò ad religionem pertinent quidem, at iis non nititur tamen neque cultꝰ divinus, neque ſalutis ſpes, neque religionis ipſius anima, qua ſalutem operatur. Illorum cognitio atque perſvaſio ſpectat ad omnes Chriſtianos; quocirca publicis Eccleſiarum declarationibus & confeſſionibꝰ conſignãtur. Hæc iis relinqvuntur qui paulò doctiores aut ſunt aut videri volunt; quapropter rejiciuntur in Scholas, in quibus agitantur. In illis ſi quis erret, & religionem corrum-

pere, & ſalutem amittere putatur. In his verò ſi quis hallucinetur, incurrit procul omni dubio in culpam aliquam, nemo enim errat in religione ſine culpa, at neq; religionem labefactat, neq; ſpem ſalutis vel ſuã vel aliorum evertit. In illis error habet vim veneni, quod animam perimit: in his error quidem moleſtus eſt, & animi operationes nonnihil debilitat, at in mortis æternæ periculũ nullo modo ꝯjicit. Atq; hæc ſic universè propoſita, apud omnes in confeſſo ſunt, & pro veris conceduntur. Levia autem ac minimi momẽti dogmata ſi qua ſunt utriuſq; communionis confeſſione, in quibus Evangelici inter ſeſe diſcrepent, diſſenſio tamen neque communionem dirimere debet, ſi coaluit, neq; ſi dirempta fuit, impedire quominus redintegretur.

Etenim ut in scientiis ac disciplinis humanis, qui iisdem principiis utuntur, & maximè memorabiles doctrinas ex iis principiis proximè ortas, communes inter se habent, nō diducuntur à se invicem, nec in diversas sectas abeunt, tametsi haud satis conveniant in certis quibusdam conclusionibꝰ à principiis longè remotis; sic diversas in religione communiones eos constituere fas nō est, qui tametsi in levioribus quibusdam dissentiunt, communia tamen dogmata habent, ex quibꝰ cultus divinus & spes salutis enascuntur. Certè si levicula illa doctrinæ capita de quibus aliqua controversia esse potest, justam & legitimam occasionem divisioni præberent, pro duabus societatibus in quas Evangelica Ecclesia partita est, infinitas prope, aut,

ut veriùs loquar, nullam omninò communionem inter nos habearemꝰ. Vix enim duos Theologos reperire eſt, inter quos de omnibꝰ religionis apicibus accuratè conveniat. Et ut ſuum cuique os eſt, ſuique ductus oris atque lineamēta, ſic ſuum eſt cuique ingenium, quo ab omnibus aliis ſeparatur. At neque oris diſſimilitudo, neq; ingenii varietas facit quominus omnes ſimus homines, quia eadē eſt in corporibus noſtris hominū figura, eadem in anima ratio. Quamobrem neque illa fidei noſtræ veluti varia lineamenta impediunt quominus omnes fideles Chriſtianique ſimus, quia eandem formam religionis Chriſtianæ retinemus. Et quemadmodum in natura humana monſtrum à nobis non judicatur id in quo aliquid leviter diſtortum eſt, aut ab


aliqua sui parte absurdum & inconditum: ea demum inter portenta numeramus, & ejicimus ex hominum consortio, in quibus tanta est perversitas ut animus ab iis abhorreat; sic è numero Christianorum eliminandi non sunt ii quorum fidem levis aliquis error occupat, sed ii solùm quos hæreseos & idololatriæ fœditas, aut aliquod tale horribile vitium commaculavit. Atque hîc diligentissimè cavendum est, ne filii tenebrarum hac in parte prudentiores sint quàm filii lucis. Nemo qui non sit in orbe Christiano planè hospes, ignorat, quanta sit opinionum discrepantia inter Theologos Pontificios, & quàm acriter inter se nonnunquam digladientur. Nam ausim equidem affirmare nullam esse tantam inter Evangelicos in doctrina de

Gra-

Gratia & Prædestinatione dissensionem, quanta est inter Jesuitas & Prædeterminantes, quorum nunc Jansenius antesignanus esse videtur. In doctrina de Trãssubstantiatione num *adductiva* illa sit, an vero *productiva*, ut in re barbara penè barbarè loqvuntur, mira quadã pervicacitate decertant, neque qui alterutram opinionem tuentur, pronunciare dubitant Transsubstantiationem, Romanæ religionis medullam, consistere nõ posse. De sanctitate ac puritate originali beatæ Virginis, de frequenti vel infrequenti cõmmunione, de potestate Põtificis Romani, utrũ emineat supra Concilii auctoritatẽ, an verò sit inferior, utrùm intra ambitũ rerum spiritualium consistat, an ad tẽporales porrigatur, deq; aliis istiusmodi rebus quantæ pugnæ

ſunt inter eos, quibus Scholæ perpetuò perſonant, & præla typographorum exercentur? At non diſcedunt, tamen in diverſas communiones, & vix tales quæſtiones ſuggeſta ex quibus alloquuntur populum, conſcendere patiuntur. Contra verò Anabaptiſtarum is furor eſt, ut leviſſimis de cauſis, & ob quas homo ſapiens manum, ut dici ſolet, nō verteret, ita minutatim atque fruſtilla im concidantur, ut vix pauci hæreāt in una ſocietate religioſa. Itaque in conſtituenda pace qua de agimus, vix neceſſe eſt ut rerum iſtarum ulla ratio habeatur, niſi ut ſuum cuique ita permittatur liberum arbitrium, ut omnes meminerint de rebus non magnis non eſſe magnopere laborandum.

DE



DE GRAVIORIBUS *Controversiis cum Ecclesia Romana.*

CAPUT III.

IN prioris generis dogmatibus, quæ momentoſiora & ſunt & eſſe videntur, memorabile ſanè eſt & ad inſtitutum noſtrum vel maximè pertinet, quod omnes Evangelici eaſdē planè doctrinas in Eccleſia Romana rejecerunt. Nihil enim eſt à Luthero in Romani Pontificis communione damnatum, quod Calvinus pariter non damnaverit; nihil eſt à Calvino in eadem religione rejectum, quod non ſit pariter à Luthero repudiatum. Quod ſanè diligenter animadvertendum eſt. Conſenſus enim ille ſatis manifeſtè

stè arguit, in rebus istis quæ ab utroque reprobatæ sunt, esse vim aliquam pestiferã, quæ sese statim prodit & præbet cognoscendam, si quis habeat sensus animi paulo exercitatiores. Neutrum enim eorum fefellit venenata qualitas quæ antea latebat, quia utrique concessus est idem Spiritus, quem rerum minimè salubrium à salubribus secernendarum facultas comitabatur. Atq; id eo magis commemorabile est, quod Zuinglius, & Lutherus, & Calvinus, qui fuerunt in Reformatione principes, consilia inter se non communicarunt. Zuinglius enim viam ad Reformationem in Helvetia affectaverat, anno integro antequam Lutherus in Germania appareret. At conatus illius fama ad Lutherum non manaverat, & quum primùm adversus Indul-

gen-

gentias prædicare incœpit, quid rerum iſtarum Tiguri gereretur, funditus ignorabat. Calvinus utroque paulo junior, & exortus cùm utriusque fama jam in Europa percrebuerat, non potuit quin de alterutro vel de utroque aliquid inaudiſſet, antequam Pontificis Romani auctoritatem in Gallia convellere adoriretur. Neque verò negavit unquam quin ſignum ab aliis ſublatum, & procul à ſe conſpectum, ſecutus ſit. At neque eos vidit unquam, neque Præceptores agnovit, ſed admonitus ta ntum ab iis de erroribus qui in Eccleſia graſſabantur, tanta felicitate in lectionem Scripturarum incubuit, tantosq; progreſſ9 fecit in eo ſtudio breviſſimo tẽpore, ut ſatis ex eo cõſtet illũ ej9dẽ inſtinctu Spiritus qui reli-
quos

quos excitaverat, incitatum, nec aliunde edoctum quâm unde veritatis cognitionem ambo illi hauſerant, magnum illud opus in patria ſua eſſe molitum. Quam rem ſi aggreſſi eſſent ex compacto, atque ita ut alius aliorum veſtigia premeret, & agendi ratione imitaretur, major inter eos fuiſſet conſenſio, & in cæteris omnibus cõcordes, providiſſent ne in paucis articulis, qui Eccleſias ab iis conſtitutas diduxerunt, tam intẽpeſtivè dividerentur. Verùm diſſenſio in paucis illis magno argumento eſſe videtur, ea, quæcunq; tandem ſint, à natura venenorum abeſſe. Adeò ut qui ea vel admiſit, vel reſpuit, plus aut minus habuerit guſtandi facultatem in animo exercitatam; res verò ipſæ non ſint iis præditæ qualitatibus quæ facultatem neceſſariò laceſ-
ſant.

ſant. Alioqui ſi par fuiſſet in eis cum ſuperioribus ſucci acrimonia vel vehementia, eorum ex æquo læſiſſet procul dubio animos, atque exulceraſſet. Id verò ut magis perſpicuum evadat, controverſiæ de religione, quæ hoc ſeculo maximè memorabiles agitantur, leviter percurrendæ ſunt. Illæ autem ad tria ſumma capita revocantur. Primùm enim in earum aliis Evangelici & Pontificii communibus armis adverſus eos decertant qui ab utriſque hæretici judicantur. Deinde in aliis tam Lutherani quàm Reformati adverſus Pontificios conjuncti pugnant. Denique in aliis quibusdam Evangelici inter ſe non diſputant modò acriter, ſed etiam nonnunquam animosè dig'adiantur In primo autem illo genere controverſiarum, tantum abeſt

ut

ut Evangelici occaſionem habeant diſceſſionis à ſe invicem, ut ne quidem eis de cauſis communionem deſeruerint Eccleſiæ Romanæ. Nam, exempli gratia, doctrinam de Trinitate Scholaſtici variis iisque admodum importunis atque inutilibus diſputationibus involverunt. Quia tamen Eccleſia Romana profitetur ſe credere in una eſſentia divina tres eſſe perſonas diſtinctè ſubſiſtentes, eatenus habetur ab Evangelicis pro orthodoxa, quum Antitrinitarii qui doctrinam de tribus hypoſtaſibus deque Deitate Filii apertè rejecerunt, ab iis pro impuriſſimis hæreticis habeantur. Item, ad doctrinam de Christi ſatisfactione Pontificii multa de ſuo addiderunt; Miſſæ ſacrificium, ſatisfactiones humanas, Purgatorium, Indulgentias, quæ al-

articulum iſtum in religione Chriſtiana planè fundamentalem miris modis labefecerunt. Attamen quia in publicis fidei ſuæ declarationibus Eccleſia Romana disertè docet Chriſtum pertuliſſe pœnas generis humani, & in locum noſtrū ſucceſſiſſe ut juſtitiæ divinæ ſatisfaceret, nolim ſinè illam eatenus accuſare, quaſi CHRISTI ſatisfactionem è re religione apertè ſuſtuliſſet; quum Socinus qui id fecit, merito ſit apud Evangelicos odio atque execrationi. Quamobrē nihil eſt in eo cur inter ſe diſcordēt, aut quod eorum reconciliationē remorari poſſit. Secundi generis controverſiæ ad duas ſpecies referri poſſunt. Aliæ enim primitivæ ſunt, ut ita loquar, & ſitæ in iis rebus ob quas Lutherus & Calvinus & Zvvinglius, reformationem

in Ecclesia postularunt; aliæ verò sunt ex primitivis ortæ, quia disputatio aliunde nata, ad eas, ut fieri solet cùm non ceditur veritati, per apagogem quandam degeneravit. Quum enim exorta primùm esset litigandi materies ex indulgentiis, deinde ulterius producta ad rationem obtinendæ Justificationis coram Deo, ad Transsubstantiationem, ad Sacrificium Missæ, ad Purgatorium, ad imaginum cultum, ad Sanctorũ invocationem, & siqua sunt alia ejusdem modi, urgerent autem Lutherus atque alii vehementissimè Scripturas, Pontificii verò doctores pugnam illam, in qua solæ Scripturæ pro arbitro sederent, haud sibi satis ex animi sententia succedere animadverterẽt, aliò confugerunt. Rejecta enim illa controversias decidendi ratione,

one, quæ in Scripturæ teſtimoniis poſita eſt, voluerunt rationem Traditionum potiſſimè haberi: & quia tam de Traditionibus quā de Scripturis litigari poteſt, omnium controverſiarum quæ ex utraque illa re, ſcriptura ſcilicet, & Traditione non ſcripta, non ſatis commodè decidi poſſunt, judicium ad tribunal Eccleſiæ, ſupremum illud atque indeclinabile, fidenter detulerunt. Sic enatæ ſunt tres aliæ controverſiarum præcipuæ veluti ſtirpes, de Scriptura, de Traditionibus, de Controverſiarum judice, ex quibus varii rami præterea pullulârunt. Hic autem quantum Evangelici ab Eccleſia Romana diſcrepant, tantum inter ſe conſentiunt. Et de Scriptura quidem magna eſt inter eos concordia, in eo quod primò ex æquo ſtatuunt eam

omnia

omnia continere quæ sunt ad salutem obtinendam,& ad religionem constituendam omnino necessaria; quod Pontificii negant cum magno Scripturarum dehonestamento, Tam magnum enim volumen tot partibus compositum, si Deum auctorem habet, quibus rebus refertum est, si non ea omnia continet ex quibus spes salutis existit,& corpus integrum religionis informatur? Deinde etsi non negant Evangelici nonnulla in Scripturis esse adeo obscura, ut non modò plebeculæ captum superent, sed etiam fugiant acumen & intelligentiam doctissimorum, in quibus ad finem usque rerum exerceri eos oportet, credunt tamē firmiter omnes & passim Scripturæ sensum obvium esse iis quibus Deus dedit animi oculos illuminatos, & præsertim

ſertim in ea clara atq; perſpicua, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem æternam obtinendã. Quum Pontificii Scripturam adeò obſcuram, ambiguam, & flexiloquã eſſe doceant, ut vel omninò nequeat intelligi, vel non minùs ac ferê magis faveat hæreticis opinionibus quâm orthodoxis. Quod eſt in Dei Spiritum magnopere contumelioſum. Quid enim minus eo dignum eſt quàm vel in cautis tẽdere decipulas, vel componere griphos, & ænigmata pingere, quibus mentes veri ſalutaris avidæ miſerè illudantur? Denique nam ſumma ſequor faſtigia rerum duntaxat, omnes Evangelici eam de Scriptura ſacra perſuaſionẽ animo conceperunt, & verè eam eſſe divinitus inſpiratam, & habere originis ſuæ notas adeò illuſtres & conſpicuas,

ut nisi homines natura cœci essent, eas animadvertere possent, adeò ut illa per se supremam auctoritatem apud homines obtinere debeat ac planè divinam; quàm ni impetret, id hominum vitio imputandum est, quod eorum mentes naturaliter occupavit. Ut planè idem de Scriptura usurpari queat, quod Apostolus de Evangelii prædicatione usurpavit. *Si Evangelium nostrum tectum est, tectum est iis, quorum DEus hujusce mundi excæcavit mentis oculos.* Quum Pontificii contra non ausint quidem negare quin sit divina, at eam tamen usque adeò flocci faciunt, ut nullam ei auctoritatem tribuendam esse autument, nisi quam habet ab Ecclesiæ testimonio commodatam. Quo nihil dici potest horribilius. Quid enim istud aliud est nisi apertè

aperte profiteri,hominum vocem digniorē esse cui credatur, quàm Dei ipsius oracula? Discesserunt ergo jure meritissimo Evangelici ab iis qui tantam Spiritui Dei in Scripturis loquendi injuriam faciunt, cur ipsi à se invicem diversi abeant, nullam in eo causam legitimam habere possunt. Quod enim Reformati Canonem Scripturarum paulo pleniorem quàm nonnulli è Lutheranis facere videntur, id non præbet justam schismati occasionem. Omnes libri qui à Lutheranis pro divinis habentur, habentur itidem pro talibus à Reformatis. Si qui sint alii quos Reformati divinis accenseant, Lutherani minimè, eos tamen omnino non repudiant, nec indignos omni auctoritate arbitrantur: tantùm de iis subdubitant, ob nonnulla loca quæ

quia nondum satis explicatè intelligunt, eis vel veteribus vel recentioribus hæreticis nonnihil patrocinari videntur. Donec igitur DEUS eos pleniùs illuminaverit, ferendi sunt eatenus, quũ præsertim ii libri oppido pauci sint, nihilque contineant quod non sit in aliis quos Lutherani non recipiunt luculenter explicatum. De Traditionibus neque inter se discrepant, & Ecclesiæ Romanæ doctrinam communiter aversantur. Primùm enim negãt illas esse necessarias, quandoquidem id omne quod ad salutem assequendam pertinet, abundè in Scriptura suppeditatur. Deinde si qua res pro Traditione Apostolica venditetur, eam è Scriptura judicandam esse existimant, ut si cum ea congruat, non rejiciatur illa quidem, non tam ideo quod

ab

ab Apostolis sine scripto fluxerit, id enim pro certo haberi nequit, quàm quod cum Scriptura consentit, unicâ fidei norma, ad quam quidquid in religionem infertur, diligenter exigendum est; sin ab ea discrepet, pro minime Apostolica repudietur. Tertiò omnes eas res cum Scriptura pugnantes quas Pontificii pro Traditionibus Apostolicis Ecclesiæ Christianæ obtrudere solent, longe à se repellunt tanquam religionis corruptelas & pietatis perniciem. Quamobrem ut hîc abyssus quædam Pontificios ab Evangelicis dirimit, sic ne minima quidem est eatenus divortii causa inter Evangelicos; quominus arctissime consocientur. In Ecclesiæ cùm natura tum auctoritate explicanda, siqua sunt, ut sunt sane multa, quorum sit ali-

quod momentum ad religionem, mirus pariter est in eis consensus inter Evangelicos ad impugnandos errores Pontificiorum. Primùm enim quòd eam Ecclesiæ conditionem Pontificii esse statuunt, ut sit perpetuo conspicua atque aspectabilis, hoc est, talis ut ad eam confugi possit, tanquam ad tribunal aliquod cujus auctoritate controversiæ de religione decidantur, errorem minimè tolerandum esse putant. Eam enim Ecclesiæ, quandiu in terris degit, sortem esse contendunt, ut vel nonnunquam ejus universa facies externa mirum in modum obscuretur, adeò ut penè funditus videatur obliterata ob vastitatem seu ab hæresi seu à persecutione factam, (quanquam DEUS semper, ut Eliæ tempore, fideles selectos habet, quos solus à reliquis inter-

internoſcit) vel ſi minùs obſcuratur univerſa, eo loco ſit tamen ut putas Eccleſiæ partes, & quæ ſeſe ab hæreſi vel à perſecutione intactas conſervarunt, adiri ab iis qui inter ſe diſceptant, ſit prorſus impoſſibile; judicii illius exquirendi ac ſciſcitandi cauſa. Deinde ſive conſpicua ſemper, ſive nonnunquam inconſpicua atque inviſibilis ſtatuatur Eccleſia, adhuc intolerabilius eſſe putant, quod Pontificii illi tribuunt immunitatem ab errore in judicando. Nam Eccleſia ſanè quæ de controverſiis judicat, non eſt univerſa verè fidelium ſocietas, quæ nunquam in unum cœtum convenit, ſed vel Concilium aliquod ex pluribus Eccleſiis particularibus interventu legatorum conflatum, vel Eccleſia aliqua è particularibus una, cui cæteræ omnes hunc honorē

deferant, ut ab ea de quæstionibus religionis sine provocatione pronuncietur. Concilia autem ex iis hominibus constant qui omnes sigillatim considerati sunt errori obnoxii, Ecclesia verò particularis nulla est, quæ non possit vel dissipari persecutione aliqua, vel hæresi atque idololatria contaminari. Tertiò & in eo errorem magnopere crevisse credunt, quod plerique omnes eam prærogativam attribuerunt Ecclesiæ Romanæ, quæ omnium particularium Ecclesiarum inquinatissima & contaminatissima est, atque adeò in Ecclesia Romana Pontifici, in quem præ cæteris istius Ecclesiæ partibus omnes religionis labes undique confluxerunt. Hoc enim non minus absurdum esse videtur, quàm si quis hominem peste laborantem im-
 mor-

mortalem esse diceret, maximè verò ab ea parte quam pestis potissimùm invasit. Primitivæ controversiæ quæ inter Pontificios & Evangelicos agitantur ad tria potissimum capita referri possunt. Vel enim versantur in explicatione causarum salutis nostræ; vel pertinent ad illa media quibus salus nobis confertur & applicatur; vel denique ad cultum quem DEO adhibere debemus, in adoratione, & invocatione, & siquid est ejusdem modi, situm. Et de cultu quidem, quemadmodum de Sacramentis, nondum loquimur. Considerabuntur enim à nobis cum de iis controversiis agemus quas Evangelici habēt, vel disceptandas, vel componēdas inter se. Reliqua spectāt ad doctrinā de justificatione, de meritis operum, de


Indulgentiis, de satisfactionibus humanis, de confessione & absolutione, quibus adjici potest dogma de Purgatorio, in quo peccata venialia flammis expiari putantur. Atque in eis certè uti constat inter omnes nihil esse discordiæ inter Evangelicos, sic inæstimabile momentum positum est ad religionis puritatem seu impuritatem. Evangelici justificationis rationem constituunt in imputatione justitiæ Christi, quam per fidem amplectimur. Qua in re Paulum Apostolum doctorem procul dubiò sequuntur. Pontificii eam collocant in operibus sanctimoniæ quæ quisque facit. Cœlum autem cum terra potius misceretur, quàm duæ illæ justificationis obtinendæ rationes in unum componerentur, nec Apostolus aliter de iis disputare solet
quàm

quàm ut de rebus inſociabilibus, & quæ ſe mutuò evertunt. Evangelici nullam bonis operibus remunerationem ex merito deberi putant, & quam olim conſequẽtur, firmiter credunt meræ Dei miſericordiæ acceptam eſſe ferẽdam. Pontificii adeo confidunt meritis ſuis, ut ni Deus ea remuneretur, auſint illum ea de cauſa injuſtitiæ arguere, nec aliter ſeſe ſperant gloriam cœleſtem eſſe conſecuturos, quàm quia benè facienti benè eſſe juſtum eſt. Quorum alterum Chriſtianam humilitatem decet, & animum peccati ſibi conſcium, alterum faſtui Phariſaico convenit, & hominem Deo æquare velle videtur. Evangelici peccata remitti putant ab uno DEO miſericordiam in Chriſto per Evangelium erga credentes atque reſipiſcentes revelante.

Pontificii virtute Indulgentiarū remiſſionem obtineri poſſe ducunt, ſiquis hoc vel illud dederit, fecerit, præſtiterit, quantumvis à fide ſit & reſipiſcentia alienum. In priore autem illo ut agnoſcitur Evangelii vox, ſic poſteriùs ejus ingenium redolet qui leges ſuas in locum legum divinarum ſubdidit, & quod unius Chriſti eſt, ad ſe attrahere tentavit. Ex unius CHRISTI ſatisfactione pendere peccatorum remisſionem omnes Evangelici contendunt. Pontificii hominum ſatisfactiones CHRISTI perpeſſionibus admiſcent, ex quibus una veluti res conflетur. Quod non modo importunum eſt, ſed impium eſſe videtur. Sanguinem enim impurum cum puro commiſcere, meræ creaturæ perpeſſiones cū paſſionibus ejus qui Deus eſt, confundere,

dere, ut ex iis unum quid efficiatur ad quod ſalꝰ referatur tanquã ad cauſam ſuam, qui pote ſine ſacrilegio? Confeſſionem aliquam peccatorum nonnulli è Proteſtantibus uſurpant; at liberiorem tamen, & ad quam nulla neceſſitas adſtringit. Et peccatores peccata ſua confitentes cũ ſignificatione pœnitẽtiæ, abſolutos dimittunt; at ex Evangelii verbis, ut eorum ſolùm qui verè reſipiſcunt, conſolationi ſerviatur. Apud Põtificios confesſionis neceſſitas mera eſt animarum carnificina: abſolutio ex nihili ſatisfactione pendens, & pronunciata pro poteſtate, auſus eſt qui metas modeſtiæ miniſtrorũ Evangelii tranſit, & fibulam laxat ad nequitiam, cujꝰ reatus tam facili negotio deletur. Denique peccati purgandi vim in una CHRISTI morte

Evangelici conſtituunt, quod Pontificii horrendis cruciatibus in Purgatorio expiari contendunt. Quo neſcio an quicquam eſſe poſſit vel ad conſcientias conturbandas & excarnificandas magis accommodatum, vel virtuti atque efficacitati paſſionis redemptoris magis injurioſum. Sic in omnibus illis & inter ſe concordandi, & vehementisſimè ab Eccleſia Romana diſſentiendi, Evangelici cauſam legitimam habent ut quod maximè. Quamobrem ad eas res in quibus diſconveniunt, veniamus. Poſtulat enim inſtituti noſtri ratio, ut breviſſimi ſimus.



DE

DE CONTROVERSIIS INTER EVANGELICOS. DE SACRAMENTORUM EFFICACITATE. DE BAPTISMO.

ſiis inter Evangelicos. De Sacramentorum efficacitate. De Baptiſmo.

Caput IV.

QUantum igitur nunc in mẽtem mihi redigo controverſias memorabiles quæ cauſam Schiſmati in Eccleſiis Evangelicis præbuerũt, illæ mihi videntur ad hæc quatuor præcipua capita revocari. Primùm, quid ſentiendum ſit de natura Sacramentorũ, conſideratorum tam universè quâm ſpeciatim. Deinde quid exiſtimandũ ſit de perſona Chriſti, deque utriusque in eo naturæ proprietatibus, & ſi quid de illius paſſionibus vocatur in diſceptatio-

tionem. Tertiò qua ratione ſit explicanda doctrina de Prædeſtinatione. Ac denique quid ſit ſtatuendum de Providentia DEI, præſertim cum verſatur circa malas actiones creaturarum intellectu ac ratione præditarum. Quæ ſanè ſi cum reliquis doctrinæ Chriſtianæ capitibus, in quibus Evangelici inter ſe conveniunt, conferantur, numero ſunt oppidò pauca: ſi comparentur cum iis rebus quæ in omnibus cum veteribus tum recentioribus hæreticis utrique tam Lutherani, quàm Reformati, damnant, pauciora adhuc: ſin autem ita à nobis excutiantur, ut in iis ipſis capitibus controverſis, res in quib9 cóſentiunt Evangelici inter ſe, ab iis in quib9 eſt aliqua diſſenſio, ſeponantur, admodũ paucæ, & ut mihi quidẽ videtur, neutiquã capitales

contro-

controverſiæ reperientur. Ut igitur à prima incipiatur, nulla inter eos controverſia eſt de natura atque definitione Sacramentorũ in genere. Fatentur enim omnes ea eſſe ſigna quædam, non ſenſibilia modò, ſed & viſibilia, in eum finem à Deo inſtituta, ut gratiam quam in promiſſionibus ſuis obtulit, primum analogia quadam & ſimilitudine repræſentent, deinde ex ipſius voluntate obſignent, ut de veritate promiſſionũ illarum tanto certiores & perſuaſiores evadamus. Tum convenit inter eos de numero Sacramentorum. Duo enim tantummodo omnibus fidelibus communia pariter agnoſcunt, & ſeptenarium illum Sacramentorum numerũ à Pontifice Romano impe ritè & importunè excogitatum, iiſdem de cauſis repudiant, iiſdẽ-

que

quæ omnino refellunt argumentis. Præterea commentum illud Doctorum Pontificiorum de efficacitate Sacramentorum sita in opere quodam, ut loquuntur, operato, existimant ex æquo alienũ esse á religione, & fovendæ securitati carnis alendæque superstitioni, quæ in rebus externis atque corporeis hærere solet, natura sua comparatum. Omnes arctè tenent accuratèque defendunt, quæcunque tandem sit ratio qua Sacramenta in nobis operantur, operationem tamen illam irritam esse atque inefficacem, nisi qui Sacramentum suscipit, ad ejus susceptionem fidem & pœnitentiã afferat. Neque verò dissentiunt quin Sacramentorum efficacitas, quæcunque tandem illa sit, consistat in reali atque actuali, ut loqui solemus, communicatione

gratiæ

gratiæ quam repræſentant, atque obſignant. Conferunt enim ex omnium Evangelicorum ſententia, & remiſſionem peccatorum, & gratiam ſanctificantem, & ita in ſalutis ipſius poſſeſſionem aliquo modo introducunt. Quamobrem ſi quid eſt alicujus momẽti in quo parum concordent, id vel ſitum eſt in explicatione modi quo efficacitas illa ſeſe exerit, vel in comparatione Sacramentorum veteris Teſtamenti cum Sacramentis Novi fœderis. Et ad poſterius illud quidem quod attinet, quum utrique, tam qui doctrinæ Calvini adhærent, quàm qui Lutherum præceptorem agnoſcunt, aſſerant unanimiter & Veteris & Novi fœderis Sacramenta gratiam eandem ſubminiſtraſſe, quid poteſt in eo eſſe diſcriminis quod prohibeat quomi-

nus

nus deponant ſtudia partium & arcto atque indivulſo communionis vinculo copulentur? Nimirum hi ſtatuunt pactum Legale non fuiſſe eſſentia idem pactum cum Evangelico, illi fortean contendunt unum eſſe Pactum tantùm, Legale ſcilicet & Evangelicum, ſed quod quibusdam circūſtantiis duntaxat à ſeipſo differat, prout vel œconomia legali veſtitum eſt, vel ea, tanquam aliqua veſte, detracta, nudum eſt propoſitum à Chriſto in prædicatione Apoſtolorum. Quæ res uſqueadeò non debet Lutherum à Calvino ſeparare, ut auſim affirmare inter Lutheri ſequaces eſſe non paucos qui Calvini cauſam hac in parte meliorem eſſe ſtatuunt, & nonnullos alios inter eos qui Calviniani nuncupantur, qui putant in ea re Lutherum aliquan-

do plus quàm Calvinum ipſum vidiſſe. Utut ſe res habeat, ſeu fœdera natura ſua diverſa ſint, præcisè in ſe conſiderata, ſeu potius ſit unum fœdus ſolis quibusdam circumſtantiis variatum, magna tamen inter eos conſenſio eſt, habuiſſe veterem illam diſpēſationem, quæ uſque ad Chriſti manifeſtationem obtinuit, & promiſſiones miſericordiæ ac ſalutis æternæ in Meſſia, & Spiritum ſanctificationis promiſſiones illas comitantem, & Sacramenta quædam, quæ partim remiſſionem peccatorum obſignarent, partim gratiam illam ſpiritûs ſanctificantis & regenerantis conferrent. Qua in re ſitum eſt quicquid in eo negotio momentum habet; reliqua ſubtilioris ſunt diſquiſitionis, & ingenii exercitamēta potiùs quàm abſolutè neceſſaria

pie-

pietatis incitamenta. Itaque etsi eorum paulo accuratior tractatio aliquod adjumentum afferre forte potest ad expositionem cùm Theologiæ tum Scripturæ sacræ pleniorem & magis perspicuam, sunt illa tamen ad Scholas rejicienda, Quæ pietatem generare & charitatem fovere aliquanto magis apta nata sunt, illa sunt communibus fidei declarationibus explicanda. Prius haud fere majoris ponderis esse videtur. Scilicet alii sacramentorum efficacitatem ita explicant, ut existiment ea & verbi prædicationem uno eodemque modo operari, nisi quod in Sacramentis aliquanto plura sunt efficacitatis momenta quàm in verbo: quâ in re Sacramenta à verbo discrepant, non in ipsa virtutis & efficacitatis natura, sed in gradibus virtutis quam
utrum-

utrumque illud fidei & ſanctitatis noſtræ procreandæ inſtrumentum exerit. Alii agnoſcunt quidẽ in Sacramentis vim aliquam agẽdi ei ſimilem virtuti qua verbi prædicatio pollet; at aliquid præterea in eis eſſe exiſtimant cui nihil ſimile in verbo reperitur. Quod quidem quale ſit haud ſatis accuratè deſcribunt, & prope eſt ut ſe ignorare fateantur. Quæ ſanè controverſiæ cauſa leviſſima eſt. Nonne pati facilè poſſunt qui id quidquid eſt quo Sacramenta operantur, ſeſe ignorare apertè profitentur, ut alii id ſe accuratiùs tenere putent? Aut qui id ſeſe diſtinctiùs tenere & explicatiùs docere exiſtimant, nequeunt ne ferre ut alii admirentur atque ſuſpiciant quod neque animo ſatis comprehenſum habent, neque verò ſeſe unquam poſſe

com-

comprehendere arbitrantur? Hi forte præpostera quadam mysteriorum istorum admiratione abrepti, aliquanto plus in eis admirabilitatis esse suspicantur quàm fert eorum institutio: quod si ad superstitionem atque idololatriam non degeneret, nihil habet quod possit esse pietati perniciosum. Illi forte dum in expositione mysteriorum istorum sectantur intelligendi disputandique methodum ad amussim rectæ rationis exactam, vix sibi persvadent in eis quicquam esse præter id quod perspiciunt: in quo etsi errarent, error tamen nõ potest esse exitialis, si quod habẽt de natura ceremoniarum illarum accuratè compertum ab iis ad usum pietatis ac sanctimoniæ sedulò referatur. Satis ergò meo quidem judicio foret, si res ita de-

fine-

fineretur: Habere quidem Verbi prædicationem, & adminiſtrationem Sacramentorum, reſpectu efficaciæ, multa cõmunia; in nonnullis tamen memorabiliter differre in quibus Sacramenta prædicationi Verbi præcellunt. Eorum autem in quibus Sacramenta verbo præſtant, explicationem ſiquis afferre tentet, vel ea dicat quæ poſſint ab aliis intelligi, vel ſi fatetur ea ſuperare ingenii humani captum, eorum ne inſectetur modeſtiam, qui ſe iis quæ intelligunt contentos eſſe profitentur. Sacramenta in ſpecie conſiderata, Baptiſmus ſcilicet atque Cœna, nonnulla habent in quibus Evangelici diſcrepant, nonnulla etiam in quibus inter ſe congruunt, eaque & multo plura & longè momentoſiora. Prìmùm enim in doctrina de Baptismo in

eo conſentiunt, quod Baptismum utrique putant eſſe Sacramentum in eum finem à Deo comparatū, ut per eum in Chriſti communionem introducamur, ex qua cōmunione omne genus bonorum in nos profluit, cum in remiſſione peccatorum, tum in animorū noſtrorum ſanctificatione. Deinde utrîque Baptiſmum ita concedunt infantibus, ut putent eū liberis fidelium tribui debere tantummodò, infidelium verò liberos ab hac gratia ſecludendos eſſe arbitrentur. Quâ in re differunt ab Anabaptiſtis primùm, qui liberos fidelium infantes baptizari prohibent; deinde ab aliis quibusdam, qui cùm Dei fœdus promiſcuè ad omnes & nullo diſcrimine, nulla conditione, extendāt, neceſſe habent, ſi velint ſibi conſtare, & loqui conſentanea, ba-

btiſ-

ptismum etiam infidelium liberis indifferenter indulgere. Tertiò convenit inter eos Baptismum semel indultum iterari non debere; adducuntur scilicet ut sic sentiant ea ratione quæ omnibus Christianis communis esse debet, Baptismum esse nativitatis nostræ symbolum in Ecclesia Dei. Bis autem certè homines non nascuntur. Quartò neutri eorum diffitentur Baptismum administratum ab hæreticis, qui vocationem ad eam rem aliquam habẽt, quamvis multis modis corruptã & inquinatam, esse legitimum atque pro tali à Christianis habendum, Quid ergo alii ab aliis in ea re divisum habere possunt? Nimirum præter leviculum illud discrimen quod supra diximus esse positum in explicanda ratione efficacitatis Sacramentorum, in

doctrina de Baptismi necessitate nō omninò consentire videntur Alii enim existimant Baptismi necessitatem in eo constitutam esse, quod D E U S eum usurpare nos voluit, non in eo quod sine Baptismo salus ab ullo nequeat obtineri Quomodo distingui solet inter necessitatem *medii*, & necessitatem *præcepti*, ut in Scholis loqui amant. Alii verò id putant esse aliquanto dilutiùs, & nonnihil de majestate Baptismi delibare. Volunt itaque Baptismū esse magis necessariū quàm ab ea sola necessitate quæ in præcepto collocata est. Attamē cum ad explicationē illiꝰ necessitatis ventum est, nolunt videri idē sentire cum Pontificiis, quorum opinionem existimant esse plusquàm oportet rigidam, præfractam, ac truculentam, ut quæ omnes

omni-

omninò excludat eos è regno cœlorum, qui quocunque casu id acciderit, etiam qui ipsis nullo modo possit imputari, Baptismo tincti non fuerunt. Arbitrantur enim illi qui inter Evangelicos aliquam in Baptismo medii necessiiatem agnoscunt, naturam Evangelii esse mitiorem, & DEUM ipsum misericordiorem haberi debere, quàm ut tales seu fidelium liberos seu fideles ipsos, qui nulla sua culpa Baptismo privati fuerint (quanquam Pontificii eos excipere videntur, qui si minus reapse, voto saltem baptizantur) in æternum aut perire, aut beatitudine carere sinat. Affirmāt ergò eos servari extaordinaria quadā atq; miraculosa ratione. Quæ res sanè viā ad concordiam apertissimè sternit. Nihil enim proclivius est quàm ut utri-

que in eam formulam consentiāt, Baptismum ita ad salutem necessarium esse, ut siquis eum præ cōtemptu negligat, aut si præ oscitantia suscipere omittat, incurrat in iram Domini, quæ nisi maximè seriò pœnitentia avertatur, permanet in æternum. Ad eos verò quod spectat, qui nulla sua culpa tanto bono privati sunt, petmitti illos Dei arbitrio, qui quum summè misericors sit, summeque sapiens, extraordinaria & miraculosa quadam ratione suis subvenire potest, & verò semper subvenit, cùm sunt ab ordinariis gratiæ subsidiis, nullo suo peccato, nulla negligentia destituti.



DE

DE COENA.

CAPUT V.

NUnc ad Cœnam accedamus, de qua longe gravior est controversia, si hominum studia spectemus: at cujus tamen pondus multum elevaretur, si seponeremus affectus, & vincendi cupiditatem. Nam si ea primùm spectemus quæ Evangelici à Pontificiis introducta repudiant, deinde expendamus quibus in rebus ad hujus Sacramenti naturam pertinẽtibus inter se conveniant atque concordent, haud magna sanè inter eos residua erit disputandi & altercandi materia, pro ea saltem acerbitate qua nonnulli hactenus quæstionem istam exagitarunt. Primum enim Transsubstantiati-

onem panis & vini in corpus & sanguinem Christi, utrique portentum opinionis appellant, idque putant extra omnes religionis oras esse exportandum. Neque sanè quidquam unquam homines in religione commenti sũt adeò abhorrens à similitudine veri, quod non hujus dogmatis incredibilitate vincatur. Adeò ut si nihil aliud esset in Ecclesia Romana, nisi quod ut illud dogma suũ sectatoribus suis persuadeat, eis usum sensuũ eripit, & omnes rectæ rationis numeros conturbat, omnem intelligendi vim extinguit, omnem ordinem in rerũ natura pervertit atq; confundit, plus satis causæ esset cur non sustineremus, ut religio Christiana eorum omnium in quibus ratio viget, sannis ac ludibriis exponeretur. Deinde rejiciunt pa-

riter doctrinam de Missæ sacrificio quod in propitiationem peccatorum offeratur,idque judicant esse religioni Christianæ vehementer inimicum,& vim ac efficacitatem sacrificii in cruce peracti intervertere. Quæ sanè divertendi justissima causa est. Quid enim magis alienum esse potest à puritate religionis,quàm introducere in Ecclesiam sacrificium cujus Deus auctor non est, quodque adeò mentes hominum à sacrificio Christi ad sui venerationem avertit? Tertiò, quod ab Ecclesia Romana, altera Sacramenti, ut loquuntur, species populo denegatur, existimant utrique esse facinus audax,atque adeò sacrilegum, & in religione nullo modo tolerandum. Quũ enim in Sacramẽtis cultus divini posita sit

pars aliqua memorabilis, quis ferat se prohiberi quominus Deo cultum exhibeat, quem præscripsit? Item, quum sint instrumenta divinæ gratiæ longè efficacissima, quis in se consolationem, sanctificationem, spem, & Christianas virtutes imminui sine justa indignatione patiatur? Quartò Missas, uti vocantur, sine communicantibus, in quibus solus Minister edit atque bibit elementa Sacramenti, populus verò procul stat, contentus inani spectaculo, quo pascit superstitiosos oculos, utriq; damnant tanquam sanctissimæ istius ceremoniæ perversionem atque dehonestamentum. Est enim instituta non solùm ut nostri cum CHRISTO communionem obsignet, sed etiam ut sit tessera & vinculum communionis quam colimus inter nos, quam illi, quã-

tum in ipſis eſt, diſſolvunt, qui res eas quibus tanquam aliquo glutine coit, vel hominibus ſurripiũt, vel ab homin bus negligi patiuntur. Deniqne, quod rei caput eſt, Sacramentum adorandum eſſe utrique conſtantiſſimè n egant. Poſtremum autem hocce, *Sacramentum adorare*, quum vel unũ tale ſit ut communion m cum Eccleſia Romana illicitam efficiat, quid eſt de omnibus illis ſimul ſumptis exiſtimandum? Ex iis autem neceſſariò ſequitur ut in hiſce omnibus quæ in Sacramento Euchariſtiæ maximè commemorabilia ſunt, idem omninò ſeſe credere Evangelici profiteantur. Primùm enim conſentiunt ceremoniæ illius vim atque naturam ipſam conſiſtere, non in iteratione Sacrificii Chriſti, ut Pontificii contendunt, ſed in ejus comme-

moratione & ſacramentali quadam applicatione, quæ tàm longè à propitiatione abſit, quàm cœlum diſtat à terra. Deinde ſic utrique retinent Sacramenti materiam, quam Pontificii figmento Transſubſtantiationis deſtruunt. Detracta autem Sacramenti materia, formam ejus quoque perire neceſſe eſt, & ſic apud eos Euchariſtiæ Sacramentum funditus aboletur. Quum enim Sacramenti illius natura in eo poſita ſit, quod pignore aliquo corporeo, eoque alendis corporibus noſtris à natura deſtinato, quod cum Chriſti gratia ſimilitudinem & analogiam habet incomparabilem, promiſſiones quibus ea continetur, ex inſtituto divino in nobis obſignantur, quæ talis obſignatio eſſe poteſt, ubi nullum eſt iſtiusmodi pignus in ſubſtantia

corporea collocatum? Tertiò nō modò materiam Sacramenti retinent, ſed eam retinent integram, nihilque ex ea deminuunt, quo fit ut natura Sacramenti tota atque integra pariter ab iis conſervetur. Quum Pontificii, poſtquam Sacramenti materiam aboleverunt, quantum quidem in ipſis eſt, & illius umbrā duntaxat ac veluti ſpectrū aliquod in panis & vini accidentibus conſervare voluerunt, ſpectrum illud ipſum dimidia ſui parte mutilaverint, adeò ut ne integra quidem Sacramenti umbra gaudere poſſint. Quartò, quum, ut ſupra diximus, Sacramentū iſtud in eū finem inſtitutum ſit, ut ſit pignus noſtræ cum CHRISTO communionis, & pariter teſſera ſocietatis quam colimus inter nos, utramque uſus iſtius partem

à Pontificiis in Missis privatis è Sacramento sublatam, Evangelici retinuerunt, cùm unanimitèr omnes Eucharistiam celebrari vetuere, quin vel populus universus, vel saltem populi magna pars ad ejus participationem accederet. Postremò, omnes usurpationem istius ceremoniæ, non modò ab idololatria, quæ religionis pestis est, sed etiam ab omni idololatriæ suspicione liberarunt. Restant ergò duo tantùm, in quibus alii ab aliis seorsum abierunt; nimirū præsentia corporis Christi in eo Sacramento, & ratio cōmunionis cum Christo, quam ex illo Sacramento habemus. Sunt igitur illa paulò accuratiùs consideranda. Contendunt Evangelici Confessionis Augustanæ, corpus Christi esse præsens realiter in sacra Cœna, non eo sanè modo

quo nunc in cœlo exiſtit, aut quo tum erat cûm mortem crucis perpeſſus eſt, ſed ſacramentali. Neque verò id omninò negant qui Reformati nominantur. Agnoſcunt enim præſentiam corporis Chriſti aliquam in eo Sacramento realem & ſacramentalem itidem. At in interpretatione realitatis & ſacramentalitatis, ut ita loquar, illius, in duas easque diſcrepantes ſententias diſcedunt. Reformati enim, ut ab eis ordiamur, id explicant de ea realitate quæ in omni verè ſic dicto Sacramento exiſtit, quatenus Sacramētum eſt. Illa autem in hiſce potiſſimùm conſiſtere videtur. Primùm, enim Sacramentum omne, ejus rei cujus Sacramentum eſt, naturam aliqua ſimilitudine repræſentat. Facit autem omnis iſtiusmodi repræſentatio, ſi vera eſt, ut id quod repræſentatur, certo

to quodam modo realiter ſit & exiſtat in ſigno ſuo. Unde factum eſt ut verbum ipſum *repræſentare*, duplicem ſignificatum obtineat. Significat enim rem aliquā præſentem ſiſtere actu, ut pecunia repræſentata eſt, quæ actu atque reapſe præſens facta eſt, exhibendo atque dinumerando: & ſignificat item *ſimilitudine referre*, ut tabula in qua rex benè atq; ex arte pictus eſt, dicitur regem *repræſentare* hoc eſt, ejus ſimilitudinem aliquam offerre oculis & exhibere conſpiciendam. Neque ſane id mirùm videri debet. Scilicet ſic eſt à natura comparatum, ut rerum imagines pro rebus ipſis ſumantur. Nam & hominum ſimulachra in ſpeculis excepta cùm videmus, homines ipſos videre dicimur, & ſi quis Regis aut Imperatoris ſtatuas data opera

violavit, quod accidit olim Antiochiæ, factum haud aliter accipitur, quàm ſi Rex aut Imperator eſſet ipſe aliqua injuria affectus ac violatus. Deinde quum non modò res repræſentatur, ſed etiam effingitur atque efformatur ſub ea ſeu ſpecie ſeu relatione quæ maximè in ea conſiderari debet, tum quanto ſimilitudo magis eſt expreſſa, tanto præſentia illa ſeu exiſtentia, quæ in ſimilitudine conſiſtit, magis cenſetur eſſe realis. Ut ſi, exempli gratia, Julius Cæſar non modò pingeretur eo vultu, iisq; oris lineamentis quæ viſuntur in ātiquis numismatib9, ſed etiam eo geſtu quo & imperare, & pugnare ſolebat, ardēs oculis, diſtricto gladio, & hoſti trepidanti immminens, tū ſane ej9modi pictura multo magis realiter

Julium

JuliumCæſarem exhibere diceretur. Quum enim haud ferè aliud in Julio Cæſare homines admirentur præter virtutem militarem ſupra omne omnium ſeculorum exemplum, adeò ut Cæſar non tàm hominis quàm magnanimitatis ipſius nomen eſſe videatur, is demum Cæſarem ſe vidiſſe gloriaretur, qui animi Cæſaris imaginem oculis uſurpaſſet. Cœnæ autem ceremonia CHRISTUM ſub tali quodam veluti habitu repræſentat, morientem ſcilicet atque ſanguinem ſuum fundentē, ut pro nobis de peccato deque morte victoriam reportaret. Poſtremò quum imago illa tanta virtute prædita eſt, ut id ipſum præſtet quod præſtare poſſet ea res cuius præ ſe fert ſimilitudinē ſi revera præſens adeſſet, tum verò res ipſa vel præſentiſſima eſſe cen-

cenſetur. Ut ſi exiſteret in rerum natura talis aliqua Cæſaris effigies, quæ præter accuratam & expreſſam ejus ſimilitudinem quam oculis objiceret, præſtaret ducem à quo geſtaretur invictum in omni belli certamine, certè nemo eſt quin diceret duci illi Cæſarem ubique præſentem adeſſe. Ipſe verò militū animos ad prælium alacriter capeſſendum incitans, eos proculdubio hortaretur, ut virtute, & peritia rei bellicæ, & fortuna Julii Cæſaris freti, ſpē de victoria conciperent indubitatam. Non quod ipſa Cæſaris perſona præſens intereſſet prælio, ſed quod eadem qua Cæſar dux ille ſic polleret invicta virtute militari. Sacramentum autem Cœnæ hoc habet, quod quicquid Chriſtus reapſe moriens, & ſanguinem ſuum effundens, & ſemeti-

metipsum suscitans à mortuis, præstitit pro salute hominum, id haud minus nobis communicat, haud minus nos ejus verè facit compotes atque participes, quam si Christus ipse se præsentem celebrationi sacræ illius ceremoniæ sisteret, ut nos deduceret in gratiæ suæ possessionem. Ea nimirum Sacramentum virtute pollet ex instituto divino, atque adeò ex efficacitate SPIRITUS SANCTI, quam ei DEUS comitem addidit, ut quæ DEUS signi exhibitione spondet, illa in animis nostris reapse peragantur. Ille enim certè mentium ita nostrarum oculos illuminat, ut quum sensus corporei vel non percipiant nisi ea à quibus proximo tactu pelluntur, vel si feruntur in objecta remota, ui oculi in solem interventu simula-

chrorum quæ de se cum luce fundit, non usurpent tamen nisi quæ actu non existunt, præterita non pervideant, multò verò minùs futura; animus à Spiritu DEI illustratus, & adjutus illa specie quam CHRISTUS de se in Sacramento impressit, non impediatur ullis temporum differentiis, quo minùs Domino nostro JESU CHRISTO fruatur. Nam & fidelis servatorem in cruce pendentem complectitur, & sequitur descendentem in sepulchrũ, & gloriosè resurgentẽ omni animo intuetur, & ascendenti in cœlũ indivulsè adhærescit, & sese totũ ei circũfundit ad dexterã Patris sedenti, & deniq; advẽtum illius cogitatione antecapit, eiq; advenienti fit obviam atque occurrit, ut ex ejus beatissimo glori-

gloriosissimoque consortio & gloriam immortalē decerpat, & gaudio inenarrabili perfundatur. Atq; communicationis illius Spiritus tanta vis est, tantaque communionis animi fidelis & Christi qui cū sese cōjungit efficacia, ut ille in nobis, nos in eo habitare atque vivere dicamur, ut ille caput nostrum sit, nos ejus membra, ut nihil quicquam non modò tàm præsens sit, sed conjunctum ac veluti permistum atque confusū cum aliqua alia re, quám Christus nobiscum in unum eâ ratione consociari prædicatur. Evangelici qui Confessionem Augustanā amplexantur, præter illam realitatem Sacramentalem, per Christi præsentiam intelligunt aliquid amplius, quod quale sit, & quo modo fiat, satis explicare se non posse declarant. Volunt enim corpus

corpus Christi esse vel *in*, vel *sub*, vel *cum* pane, non solùm per repræsentationem illam aut nudam atque simplicem, aut magis expressam & absolutam, aut denique virtute comitatam insigni, & quæ rei ipsius præsentiæ æquipolleat, sed etiam per substantiæ corporis Christi actualem in Sacramento existentiam. Quod ut fiat, volunt eorum nonnulli, [quo numero sint parum ad rem nostram attinet; certè de eo Lutherus nihil unquam cogitavit) corpus Christi divinis quibusdam proprietatibus ad id esse donatū, adeò ut haud secùs quàm divinitas ipsa, in omni loco existat, per communicationem idiomatum. Atque ea sanè controversia, ut hactenus ab utraque parte tractata atque agitata fuit, non potest quin longè gravissima videatur,

&

& digna quæ omnem ſocietatem in religione divellat, uſqueadeò acriter, & ſumma animorum cō-tentione ſuper eâ re inter Evangelicos diſceptatum eſt. Etenim qui Lutherano dogmati adhære-ſcunt, cæteros Evangelicos inſimulant, quaſi non haberent Cœnæ Sacramentum niſi meliore ſui parte trūcatum, & aliquando minùs quàm ſemiplenum. Neque eo contenti haud aliter eos accipiunt, quàm ſi corpori Chriſti gloriam detraherent, quam habet ex præſentia divinitatis communicatam, ipſique Deo ſuam omnipotentiam abjudicarent, ut qui non poſſit corpus humanum divinis proprietatibus induere, & virtute vel ubique vel pluribus ſimul in locis exiſtendi donare. Quæ eſt ipſiſſima Transſubſtantiatorum accuſatio. Contra verò qui

qui dogma Calvinianum amplexi ſunt, ubi diſputandi ardor animos paulo magis incendit, haud aliter alios inſectantur, quàm ſi ceremoniam in religionem Chriſtianam inveherent, quæ naturam Chriſti humanam ab ipſis principiis everteret. Contendunt enim naturam humanam conſiſtere non poſſe ſine humano corpore: corpus autem humanum certis quibꝰdam limitibus eſſe circumſcriptum, exiguis illis ſanè, extra quos nusquam eſſe queat; ita verum eſſe putant, ut qui id neget, eum rerum naturam univerſam convellere arbitrentur. Tam diſcrepantes autem opiniones ſequuntur ſtudia, ſtudia ubi paulo magis incaluere, in odia confeſtim efferveſcunt, à quibus homines ad jurgia & rixas facillimè delabuntur. Attamen ſi quid u-

trique aliquid de nimia sua seve-
ritate remittant, [nostri autem
homines quo animo sint in e
negotio, & quod exemplum Lu-
theranis præbere velint, testatum
fecerunt in Carentoniensi decre-
to] non video cur res non possi
ad concordiam commodissim
deduci. Nam ad reformatos quo
attinet, iniquiores sanè videntu
si ideò quod alii dogma nitunt
statuere, ex quo ipsi necessariò fi
qui putant nullam esse in Christ
naturam humanam, eos natur
in Christo humanæ vel negat
vel eversæ continuò postulan
Immane quantum discrimen in-
ter duo ista interest, dogma am-
plecti ex quo aliquid sequit
quod impium est, & ad religion
fundamenta convellenda perti-
net, ab ea autem sequela abho-
rere tamen, & pariter ampleć-
dc

dogma atque ea quæ ex dogmate conʃequuntur. Si Lutherus animadvertiʃſet ex doctrina ʃua ea conʃequi quæ naturam humanā in Chriʃto neceʃſario deʃtruunt, dubitandum non eʃt quin ad ipsū principium, ex quo tale monʃtrū naʃceretur, mirum in modum exhorruiʃſet. At id non putavit ex ʃuo dogmate elici poʃſe, & Chriʃtum eʃſe verè hominem conʃtantiʃſimè tenuit ac affirmavit. Quod ʃi talia juʃtam & probabilem occaʃionem præberent communioni diʃſolvendæ, quænam ʃocietas in religione ʃtare poʃſet? Quā multi ʃunt Theologi, etiam inter Orthodoxos, qui aliquid in religione ponunt, ex quo ʃiquis paulo ʃubtiliùs ratiocinetur, poʃſit aliquod monʃtrum opinionis educere? Uno enim falʃo dato multa alia conʃequuntur; & ut fama vi-

res acquirit eundo, & amnes quo longiùs ab origine sua discedũt, eo majora capiunt incrementa, sic error sæpè crescit quo longiùs ratiocinando ducitur, & quum esset initio tolerabilis, tandem novi mali accessione nonnunquam exitialis evadit. Huc accedit quod ex illo Lutherano dogmate, de ineffabili præsentia corporis Christi in Eucharistia, nihil quicquam in religionem ipsam propagatum est, quod Dei cultum corrumpat, vel Christi muneri mediatorio detrahat, vel consolationem animorum imminuat vel denique sanctificationi officiat ita, ut fidelium cursum retardet in eo stadio in quo ad cœlum anhelamus. Doctrina de Transsubstantiatione Christi naturam humanam evertit ex indubitata consequentia; at prætereà pos-

ſe traxit adorationem Hoſtiæ, quæ quid ſit, commemorare nihil attinet; cuique id ſponte ſua perſpicuum eſſe poteſt. Doctrina de ſacrificio Miſſæ dici non poteſt quantum vim ſacrificii Chriſti debilitet: at præterea cultum aliquem in religionem introduxit, qui & Deo exoſus eſt, & hominū mentes à cruce Chriſti ad ſe avocat. Doctrina de Purgatorio ſatisfactioni Chriſti inimica eſt; at præterea hominum conſcientias acerrimis formidinibus excruciat; multaque ſunt in ea communione talia, quæ mentes Evāgelicorum ita à ſe abalienant, ut nequeant in æternum conciliari. Fac vero iſtud Lutheri dogma de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia, eſſe longè falſiſſimum, id autem certè omnes Reformati contendunt; verum enimverò

nunc in ejus vel refutatione vel exagitatione non versamur] cui rei adeo noxium esse potest, in qua sit pietatis & veræ sanctimoniæ pars aliqua constituta, ut propterea eorum qui sic sentiunt, communionem horrere debeamus? Certe aliud est religio ipsa in se considerata & in iis motibus quos in animis gignere apta nata est, aliud verò dogma extra religionem constitutum, ad quod tandem disputando, ubi religionem defendere volumus, delabimur ac devenimus. Omnis autem religio ex duabus potissimum rebus æstimari debet; cultu scilicet, qui in ea usurpatur, ad quem Liturgia referri debet; & publica fidei declaratione, quæ Confessione continetur. De cultu autem jam diximus nihil ei doctrinam istam affricuisse, à quo ani-

animus verè pius refugere debeat. Ad Confessionem quod attinet, habet illa quidem apud eos hancce declarationem apertam, esse in Sacramento corpus Christi realiter. At quomodo id fiat, quæve sit illa communicatio seu naturarum seu proprietatum, quam non ad rei ipsius, sed ad modi rei elucidationem excogitarunt, item quæ sit in Corpore Christi vel ubique vel pluribus in locis existendi facultas, ad quam æstu disputationis Lutherani vel deducti vel abrepti sunt, Augustana Confessio ne quidem uno verbo explicare tentavit. Quam seu prudentiam seu modestiam Tridentina Synodus certe quidē imitata non est. Decrevit enim illa atque decretum suum horrēdo anathemate sancivit., non modo Christi corpus esse præsens in

Euchariſtia realiter, ſed etiam id per Transſubſtantiationem fieri, ut ne liceat cuiquam præſentiam illam aliter interpretari. Quum igitur neque cultus apud Lutheranos per ſe conſcientiam polluat, neque declaratio fidei quenquam ad dogmatis iſtius de ubiquitate ſuſceptionem aut profeſſionem adſtringat, non video cur eorum communio, quorum pietatem ex utraque illa re metiri nos oportet, nobis ſit repudianda. Quid enim ad me attinet, ſi nonnulli doctrinas ex diſputatione natas, è Scholis, in quibus latere debuerant, in ſuggeſtum & concionem privato conſilio propulerunt? At, inquiet aliquis, pervagatum eſt illud dogma atque pervaſit adeò omnes Eccleſias Lutheranas, ut pauci ſint admodũ in ea communione, quos non
ali-

aliquatenus afflaverit; quocirca ex privato, quale forte fuit quum primùm excogitatum eſt, publicũ evaſit, & ſi minùs in publicis fidei declarationibus, ſaltem in animis hominum prævaluiſſe videtur. Aut igitur eorum refugienda communio qui id animis imbiberunt, aut fatendum eſt nihil in eo eſſe quod non ſit in cõmunione religionis tolerabile. Quod vix eſt ut quiſquam concoquat è numero Reformatorũ. Ut iſte ſcrupulus ex animis eximatur, commemorare forte nihil attinet quod in talibus rebus uſu venire ſolet, rem ſcilicet quæ ab omnibus in univerſum credi putatur, à multis tamen penitùs ignorari. Quid dici poteſt vel diſſipatum latiùs, vel magis ab hominibus universè creditum, quàm Transſubſtantiatio in Com-

munione Romana recepta eſſe ab omnibus exiſtimatur? Attamē ut nihil dicamus de iis qui vel eā ſeſe credere ſimulant, ne malè audiant inter alios, vel de veritate miraculi illius ambigunt, huc illuc diviſi atque diſtracti, & pendentes atque fluctuantes inter auctoritatem Eccleſiæ, & lumen rectæ rationis, quæ obnititur, & reluctatur, & non patitur ſeſe opprimi niſi admodum invita, quàm multi ſunt qui nihil unquam de Trāsſubſtātiatione vel audiverūt, vel intellexerunt omninò? Ruſtici ſcilicet, & operæ, & conciones, & ſequioris conditionis opifices, quos vel tarditas ingenii præpedit, vel animus aliis curis intentus ab iſtiusmodi rerum inquiſitione avocat, quique duce natura eò vehuntur, ut in Euchariſtia Chriſti corporis teſſeram

ali-

aliquam tantummodò vel imaginem atq; commemorationem existere ac celebrari autument. Id autem si in ipsa Ecclesia Romana fit, quæ doctrinam de Transsubstantiatione publica auctoritate sanxit, quæque id quod Sacramentum appellatur, divinis prosequitur honoribus, quam multos esse putamus inter Lutheranos apud quos nullum tale decretum conditum est, quique nullam adorationem Sacramento deferunt, qui de communicatione vel naturarum vel idiomatum in Christo, qualis in Scolis à doctoribus traditur, nihil unquam cogitârunt? Quam multos qui ministros controversias illas tractãtes in concionibus ad populum non intellexerunt? Hoc unum dicam, alios in omni tali communione munere publico ad docẽ-

dum esse vocatos, aliis nullum tale munus impositum esse, qui suæ non alienæ conscientiæ curam gerunt. Ad eos autem quod attinet qui privati sunt, pro comperto penè atque indubitato habeo, admodum multos inter eos esse qui si leviter assensi sunt prædicatoribus. Ubiquitatem inculcantibus, non ita tamen errorem penitus imbiberunt, ut veram doctrinam de Christi persona ex eorum animis ejecerit. Illi si vel Reformatos audissent, vel eorum libros legissent, obstinati tamen mansissent in ea opinione, culpari certè possent, atque adeò vehementer, ob affectatam pertinaciam. Verùm quando neque illis Reformatos audire licuit ea de re disputantes, nec eorum libros legere, quo ex errore deducerentur, nemo illis certè meritò pertinaciam

ciam objecerit, aut vitium illud animi quod ſolum videtur facere homines in eo genere inexcuſabiles, ut mens quidem vero victa reſiſtere nequeat, at maneat immota tamen, & affectibus veluti deſtinata. Poteſt ergò vera doctrina eorum animis penitus inſidere, quum inanes ideæ de communicatione idiomatum, tanquã meteorismi quidam, in theoretica mentis parte volitent, nulla dum certa ſede firmiter occupata. Sic enim ſanè videntur homines eſſe à natura comparati, ut aliud ſentiant cùm ad actionem ventum eſt, aliud cùm eſt animi gratia otiosê ſpeculandum. Hic ſolent eſſe opinioſi, & rebus ad intelligendũ difficilibus, quæque vel peregrinitatem aliquam habent, vel præ ſe ferunt ſpeciem aliquam ſubtilitatis magnoperè delectantur.

Etenim vel ingenioſi videri volunt,& poſſe,reliquis relictis , evolare ad ſublimia ; vel ob tenuitatem & exiguitatem judicii magis admirantur amantq; inverſis quæ ſub verbis , & tanquam in circumfuſa nube , latitantia cernunt. Illic verò veram rationem potiùs audiunt, & quæ diſtinctè comprehendunt, tanquā tutiora ſequuntur. Id autem nuſquam frequentiùs accidit quàm in religione. Nam ad ea ingenii humani vitia,quæ in omnibus aliis rebus ſe produnt accedit præpoſtera quædam admiratio rerum ex quibus religio conſtituta eſſe putatur. Id enim inſitum eſt à natura,ut nemo religione ſua contentus ſit,niſi eam divinam eſſe exiſtimet : vix autem habentur à vulgo pro divinis, niſi quæ ingenii humani captum ſuperant, & ad

ad quorum admirabilitatem obstupescit. Sic facilè mentibus humanis imponitur, quum eis aliquid amplectendum offertur quod obscuritate, & ut ita loquar, incomprehensibilitate sua cœlestem originem arguere videtur. At quum doctrinæ ad usum pietatis revocandæ sunt, tum in iis quos Spiritus Dei in aliis rebus affecit, species illæ rerum quibus intellectus sese antea oblectabat, facessunt; quæ solida sunt, & certa, & comperta, & firmis nixa fũdamentis in Verbo Dei, sola hærent in animo, & in ejus motibus atque actionibus exeruntur. Ad eos vero quod spectat quib9 munus docendi apud Lutheranos incumbit, eorum excusatio nonnihil difficilior est; debuerunt enim certè in cognitionem veritatis diligentiùs incumbere. Quã-

quam

quam existimo sanè multos inter illos esse qui dogma de ubiquitate retinent potiùs tanquam à Patribus acceptum, quàm quia ad ejus examen animum attentũ, vel affectibus obstinatè præpeditum attulerint, quorum idcircò eadem ferè est ac plebis ipsius in in ea re conditio. Eos autem si convenire liceret, & cum iis placidè atque amanter sermones de religione conferere, plerique multum de sua pertinacitate remitterent, nonnulli ex errore omninò deducerentur. Ideoque neque sunt illi suo ipsi judicio damnati, aut tales quorum communionem refugere debeamus. Si quos tamen vincendi ardor occæcat, vel inflammat inanis gloriæ cupiditas, vel tenet pertinacitas invicta atque inemendabilis, vel aliquod tale vitium occupat atque præpedit, adeò ut in

ẽis error veritati prævaleat, æquũ non eſt, ut ex eorum, quos paucos eſſe crediderim, peccato, cõmunio & religio univerſa labem exitialem duxiſſe exiſtimetur. Decet ergo nos, qui Chriſtiani ſumus, hoc eſt in meliorem partem & charitati propiorem proni atque propenſi, illam de maxima Lutheranorum parte opinionem animo concepiſſe, ut ſi nonnihil ab utraque parte diſputandi ardor deferveſceret, aut locum daturi ſint meliora docentibus, aut ſaltẽ eò deventuri ut de veritate ſui illius dogmatis ſubdubitantes, doctrinam verò de natura humana Chriſti, qualis in Symbolo explicata eſt, arctè tenentes, ſpiritum charitatis induerent, & pacis atq; concordiæ cupidi, nos pro fratribus complecterentur. Id autem ſapientiſſima Synodus ſatis eſſe

puta-

putavit ad tolerationem mutuam, & ad communionem ex Chriſtiana toleratione conciliandam. Ad Lutheranos quod ſpectat, nũquam ſatis potui mirari cur ſeſe hactenus præbuerint in eo negotio noſtris hominibus implacabiles. Quod enim in eo Sacramento Reformati credunt atque amplectuntur, negari certè non poteſt quin ſit longè veriſſimum, ſi præcisè in ſe conſideretur. Quod autem non amplectuntur, fac pariter non eſſe alienum à vero, attamen non poteſt eſſe ita neceſſarium ut ſine eo vel Sacramenti natura, vel ſpes ſalutis æternæ ſtare non poſſit. Quin quum in Baptiſmo nihil quicquam Lutherani ipſi tale eſſe arbitrentur, quale eſt id quod in Euchariſtia ſtatuunt, aut negandum eſt Baptiſmum eſſe verè Sacramentum, aut

aut fatendum eſt ad Sacramenti conſtitutionem nihil iſtiûſmodi neceſſariò poſtulari. Quando igitur id Sacramenti natura neceſſariò non exigit, poſſunt habere plenum Sacramentum & omnibus numeris ſuis abſolutum, quà Sacramentum eſt, etiamſi abſit illud quicquid eſt quod in Euchariſtia non amplectuntur. Carerent ergo fortaſſe re aliqua quæ ad Euchariſtiam ſupra naturam & conditionem Sacramentorum acceſſit, ipſo vero Sacramento pleno atque integro fruerentur. Neque id modò. Sed quum manifeſtum ſit ingens eſſe diſcrimen inter Baptiſmum & Euchariſtiam etiamſi nulla haberetur ejus rei ratio quam in ea Lutherani eſſe putant Reformati minimè, non ſolùm haberent in Euchariſtia Sacramentum ſuis partibꝰ conſtans omni-

omnibus, sed & Sacramentum certa quadam differentia ab omni alio Sacramento distinctum, & veluti constitutum ac informatū. Ad alteram partem accusationis quod attinet, quemadmodum illi naturā Christi humanam destruere dici non debent, qui dogma amplectuntur ex quo sequitur Christum non esse hominem, dūmodo sequelam illam sui dogmatis non admittant; sic sanè qui docent aliquid ex quo sequitur neque Christi corpus esse glorificatum, neque Deum esse infinita virtute præditum, continuò accusandi non sunt, quasi tam fœdos & tam exitiales errores in sinu foverent atque amplecterentur. Etsi ergò aliquid istiusmodi lateret in Calvinianorum principiis, (quod illi tamen pernegāt, adducti rationibus quas invictas
esse

eſſe hactenus crediderunt) quia tamen id nunquam ita ulla ratiocinatione per conſequentias ex eorum dogmate erutum atque evolutum eſt, ut ſatis manifeſtè pateret, eatenus eodem loco eſſe debent, quod ad religionis communionem attinet, ac ſi nihil quicquam iſtiusmodi ex eorum doctrina ſequeretur, Ratio igitur pacificandæ iſtius controverſiæ in eo videtur eſſe poſita, ut communi quadam fidei declaratione explicetur quod utrinque in confeſſo eſt; Nimirum corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia realiter & ſacramentaliter tamen. Interpretatio verò utrique parti permittenda eſſet ea lege atque conditione ut utrinque & in concionibus publicis, & in privatis ſermonibus, & in ſcriptis operibus quæ de religione componuntur,

tur, diligenter abſtineatur ab o-mnibus contentionibus omnib9-que verbis acrioribus ac immo-deratioribus, quæ vulnus aliquod fraternæ concordiæ infligere queant. Id autem facile impetrari poſſe videtur, ſi quæque pars ſuam ſententiam contenta ſit explicare *poſitivè*, ut loqui ſo-lent, hoc eſt, non in modum con-troverſiæ, quæ huc illud rationi-bus & argumentis impellatur & agitetur, ſed ut ſolent dogmata tradi quibus paulo rudiores au-ditorum noſtrorum mentes im-buere volumus, nequid eos lateat illarum rerum in quibus religio-nem conſtitutam eſſe putamus. Quod ſi omninò vitari nequit quin opiniones illæ ab utraque parte vel rationibus confirmen-tur vel defendantur adverſus ob-jectiones quibus impeti poſſunt

cave-

caveri certè deberet auctoritate publica nequis ſeſe ultra charitatis fraternæ lineas abripi pateretur. Atque diſſidium iſtud ita pacificatum fuerat olim anno 1529. in Colloquio Marpurgi inſtituto inſtinctu potentiſſimi & omni virtute excellentiſſimi Principis Philippi, Haſſiæ Landgravii, abavi tui, PRINCEPS ILLUSTRISSIME, atque adeò in ejus præſentia, inter Lutherum & Zuinglium, aliosque nonnullos ex utraque parte præſtantiſſimos Theologos, qui cùm in omnibus aliis conveniſſent, ita conſenſus ſui formulā concluſerunt. *Quanquam verò nos an verum corpus & ſanguis in pane & vino ſit corporaliter, hac vice concordare nonpotuimus, tamen quælibet pars alteri Chriſtianam dilectionem (quantum quidem per cujusque conſcientiam fieri poteſt) præ-*

præſtabit, & pars utraque Deum omnipotentem aſſiduè orabit, ut no. per Spiritum Sanctum in vero ſenſi confirmet. Quam ſanè prudentiam & charitatem æmulari magnopere nos decet. Siquid eſ controverſiæ, ut ſanè eſt aliquic in explicatione rationis communionis illius qua interventu & opera Sacramenti in unum cum Chriſto coaleſcimus, quia ex eodem fonte manat, poteſt eodem ferè modo ſedari. Utrique enim ſanè in hoc conveniunt, quod v atque efficacitate illius Sacramenti ita cum Chriſto conjungimur ut ille caput noſtrum evadat, no: verò illius membra fiamus, & ſi una cum eo corpus myſticum conſtituamus. Neque verò quisquam ex iis inficiatur quin præcipui fructus iſtius communioni in eo ſiti ſint, quod quemadmodū

Chri-

CHRISTO peccata nostra sunt imputata, sic ille nos facit fructus suæ satisfactionis compotes. Tum quemadmodum ille fruitur gaudio inenarrabili, sic nos virtute sui Spiritus incredibili consolatione perfundit, idque utrique pariter confitentur. Adde quod quemadmodum ille longè sanctissimus est, sic nobiscum Spiritum Sanctificationis ab eo communicari, apud utrosque in confesso est. Denique quemadmodum totus gloria circumfulget atque corruscat, sic utrique sperant sese olim in cœlo ab eodem Christo glorificatum iri. Quin etiam communionem illã ex æquo seu explicare, seu illustrare nituntur variis similitudinibus desumptis partim ex natura rerum, ut est capitis cum membris consociatio, partim ex poli-

teia, ut eſt regis & ſubditorum inter ſe relatio, partim ex iis quæ ex natura & politeia miſta ſunt, ut eſt connubii ratio; cùm tamen utrique fateantur nullā eſſe tantam vim cujusque ſimilitudinis quæ conjunctionem noſtri cum Chriſto valeat ad plenum adumbrare. Eſt enim, ut loquitur Apoſtolus, ingens myſterium imprimis, quod captum hominum ac forſitan Angelorum ipſorum intelligentiam ſupergreditur. Attamen ut eſt mens humana vel veri avida, vel plusquam ſatis eſt curioſa, & præpoſteræ cujusdam induſtriæ atque ſedulitatis in indagatione rerum obſcurarum atque difficilium, utrique rationem communionis illius explicare moliuntur Nam Reformati principiis ſuis inſiſtentes, vinculum iſtius Communionis in eo conſtitu-

ſtitu-

ſtituunt, quod hinc per fidem Chriſtum amplectimur, omnis boni auctorem atque fontem inexhauſtum; inde Chriſtus cui Spiritus ſine menſura donatus eſt, quem omnibus ſuis membris elargiatur, eum ita per univerſum ſuum corpus myſticum didit atque diffundit, ut ſuorum neminem illius expertem eſſe patiatur. Et Sacramenti quidem in eo operam atque efficacitatem ita interpretantur, ut ſtatuant duplicem illud reſpectum habere, pignoris ſcilicet à Deo conceſſi, & actionis religioſæ ab hominibus fidelibus uſurpatæ ac celebratæ. Priore igitur illo modo ſi ſpectetur, quia divinas promiſſiones confirmat atque obſignat, neceſſe eſt ut ex eo fides magnum capiat incrementum. Habet enim certè pignus ad eam rem ab


ipso Deo oblatum multa, quibus mens de veritate promissionum istarum magis ac magis persuaderi & possit, & debeat. Posteriore verò, quia actio religiosa est, omnis autem actio religiosa piè & ex instituto divino celebrata, Deo grata atque accepta est, uberiore atque liberaliore Spiritus consolationis & sanctificationis copia donatur is qui Sacramentū Eucharistiæ ritê suscipit. Habet enim illud certè multa pariter, quibus Deus ad benigniorem gratiæ suæ subministrationem invitatur. Sic & interventu Sacramenti cum Christo coalescimus, & coalitio illa in dies arctior evadit, ac magis indivulsa. Ipsi tamen iidem confitentur in eo mysterium istud captum mentiū humanarum superare, quod neq; rationem intelligimus quâ Spiritus

ille

ille in animis nostris virtutem suam exerit, neque quæ sit vis illius ita animo comprehendimus, ut cogitationes nostras cum ipsa re, quam tamen persentiscimus, adæquare valeamus. Cujus rei specimen habemus in illis Pauli verbis, in quibus dicit pacem nobis in Christo communicari, *quæ omnem intellectum supereminet.* Pax enim certè sentitur, quippe quæ sita est in consolatione atque tranquillitate conscientiæ. At quod in ea persentiscitur tantum est, ut mente atque cogitatione aut comprehendi ad liquidum, aut explicatè enuntiari nō possit. Reliqui Protestantes ulterius progrediendum esse putant, suis pariter ipsorum principiis congruenter. Nempè ut volunt Christi corpus miraculoso quodam modo in Sacramento præsens

esse, sic arbitrantur in eo participationem illius concedi miraculosam itidem, adeò ut in unum cũ ipsius corporis CHRISTI veluti materia coalescamus. Non quod ore propriè manducetur, ut Pontificii somniant, sed quòd revera cum ea conjungimur, tametsi conjunctionis rationem satis perspectam compertamque non habeamus. Quæ sanè dissensio eodem pacto cum superiore cõponi posset, si sapientiæ & charitatis Spiritûs in Evangelicorum animis satis valeret. Nihil enim proclivius esse videtur, quàm ut communi quadam fidei formula declaretur, & Verbo, & Sacramentis, & singulari quadam ratione Cœna nos introduci in Christi communionem, atque in ea magis ac magis confirmari, pẽdereque ex ea communione remis-

missionem peccatorum, consolationem indulgeri, suppeditarr Spiritum sanctificationis, omne denique genus bonorum spiritualiū promanare- Cæterùm ejus esse tantam vim ut nullus intellectus eam perfectè capiat, tantamque sublimitatem, ut eò usque nulla mens pervenire valeat. Quod siquis aliquanto ulterius progredi velit, id ei sanè liceat, dummodò iis fraternæ dilectionis limitibus sese contineat, qui jam supra sunt à nobis præstituti.



DE PERSONA CHRISTI, *& ejus passionibus.*

Caput VI.

SEcunda Controversia est de Persona Christi, & si quid in disce-

disceptationem venit de illius passionibus. Atque in eis rebus multa sunt in quibus Evangelici concordant, nonnulla etiam in quibus discordare videntur. Videamus num ex iis in quibus inter eos convenit, patere possit introitus aliquis ad dissensionis, quæ in aliis rebus existit, bonam aliquam & commodam compositionem. Et ad personam ipsam quidem Christi quod attinet, magnus est Dei beneficio inter Evangelicos consensus circa naturam ejus divinam. Arctè enim tenent omnes adversus veteres & recentiores seu Arianos seu Photinianos, Christum esse verè Deum, à Patre ab æterno genitum, & eadem cũ eo præditum æternitate atq; immensitate: adeò ut nullum inter Patrem & Filium discrimen aliud intersit, nisi quod alter Pater est,
al-

alter verò Filius, duæ ſcilicet perſonæ diſtinctè ſubſiſtentes in una eademque eſſentia. Neque verò minor concordia eſt in explicatione naturæ humanæ, qualis concepta & informata fuit in utero Beatæ Virginis virtute Spiritûs Sancti, atque edita in lucem ſingulari nativitate. Utrique enim & qui Lutheri, & qui Calvini veſtigia ſequuntur, docent Chriſtū fuiſſe hominem nobis ſimilem in omnibus, uno excepto peccato, ut Scriptura ſacra loquitur. Sic ex utraque communione exulant eatenus errores veterum hæreticorum, qui veram hominis naturam in Chriſto eſſe negare voluerunt. Tertiò diſſidii nihil inter eos intereſt in paulo generaliori explicatione unionis iſtarum duarum naturarum inter ſe. Utriq; enim docent ita eas eſſe unitas in

D. N. Jesu, ut non confundantur tamen; quem errorem Eutyches olim in Ecclesiam Christianam invehere nisus est: & tamen esse ita distinctas, ut unā tantùm personam constituant; quá in re unanimiter Nestorium damnant; qui conatus est divellere Christi personam. Denique & eò usque progreditur eorum consensio, ut æquè fateantur naturam divinam habuisse ab æterno suam hypostasim, seu ut ita loquar, personalitatem, & naturam humanam non modò cœpisse existere in tempore, sed per se nunquam substitisse; substitisse tantummodo vi unionis hypostaticæ cum æterno SERMONE, qui suam ei personalitatem communicavit. Huc usque postquâm unâ iter fecerunt, incipiunt â se invicem divertere. Ac prima quidem dissidii causa est in expli-

catione rationis per quam hypoſtaſis illa *Sermonis* æterni cum natura humana communicata fuit. Nimirùm Reformati videntur in ea ſententia eſſe ut putent, ſubſiſtentiam ſeu hypoſtaſim quæ ab æterno *Sermonis* fuit, manere ejus ita propriam in unione naturarũ, ut naturæ humanæ propriè non ſit, niſi quatenus per eam revera ſubſiſtit cum natura divina, & cũ ea unam perſonam conſtituit; ut hypoſtaſeos communicatio illa ſit potiùs effectiva, ut ita loquar, & ab effectu ſuo cenſenda, quàm realis aut formalis, ut in Scholis loquuntur. Evangelici verò qui Confeſſionem Auguſtanam ſequuntur, ſtatuunt communicationem illam hypoſtaſeos æterni *Sermonis* naturæ humanæ factam, ita eſſe realem atque formalem, ut maneat quidem ſubſiſtentia

Sermonis, at non ita propria tamē, quin naturæ humanæ pariter & eodem modo hypostasis esse putetur. Adeò ut sic haud ferè aliud sit discrimen inter utramque naturam eatenus, nisi quod hypostasis est in SERMONE, atque de eo dicitur tāquam de communicante; at in natura humana est, & de ea prædicatur tanquam de ea cui inest communicata. Altera controversia sita est in explicatione cōmunicationis naturarum ipsarū. Alii enim eas inter se communicari realiter, ex communicatione hypostaseos sequi putant. Non quod humanitas in divinitatem essentialiter conversa sit, vel divinitas in humanitatem commutata, vel quod alterutra alteram absorpserit, adeò ut nusquam ampliùs existat aut appareat. Nolūt enim dici posse naturam divinam

eſſe humanam, vel naturam humanam eſſe divinam. Sed quod ſit naturarum iſtarum adeò realis inter ſe communio, ut Deum eſſe hominem, & hominem eſſe Deũ rectê dicere poſſimus. Alii verò negant quidem pariter naturam divinam converſam eſſe in humanam, aut humanam in divinã itidem, pariterque fatentur nullã religionem eſſe quæ prohibeat quominus dicamus Deum eſſe hominem, & hominem eſſe Deũ; at id naſci putant, non ex reali ulla duarum naturarum communicatione inter ſe, ſed ex reali earũ unione ad unam eandemque perſonam conſtituendam. Ut (quãvis ſanè omnis comparatio claudicat) nihil prohibet quominus dicamus hominem eſſe mortalẽ, & hominem eſſe immortalem diverſo reſpectu. Non quod ani-

ma, quæ est natura sua immortalis, sese realiter corpori communicaverit, quo fiat immortale; sed quod ille idem qui mortalis atq; immortalis dicitur diverso respectu, est una eademque persona constans ex duabus naturis, quarum altera mortalis, altera immortalis est. Tertia denique controversia posita est in ratione explicandæ communicationis proprietatum quæ naturas illas essentialiter & necessario consequuntur. Nimirùm qui naturas invicem inter se realiter communicari statuunt, necesse habent statuere itidem proprietates unius naturæ alteri reapse pariter communicari. Ajunt ergò primùm utriusque naturæ propria prædicari de Christi persona tota, quod superiori eorum sententiæ consentaneum est. Nam si de Deo

verè dicitur quod ſit homo, conſequens eſt ut haud minus de eo verè dicatur quòd habeat attributa humana. Et ſi de homine verè dici poſſit quod ſit Deus, nihil vetat quominus attributa divina habere prædicetur. Ajunt ſecundo loco proprietates utriusque naturæ ita communicari inter ſe, ut in operibus muneris Mediatorii, quod Chriſto demandatum eſt, utraque natura agat quod ipſi proprium eſt, cum communicatione alterius. Denique ajunt per cõmunicationem illam idiomatum, divinam naturam Filii propriam ſuam gloriam & excellentiam humanæ naturæ communicare, quum tamen ipſa manſerit paſſionis carnis Chriſti expers. Quod tertium à duobus præcedentibus nonnihil differt. Nam in primo prædicatio idiomatum utriusque

natu-

naturæ de perſona, reciproca eſt, & tam ad naturā divinam quàm ad humanam attinet. In ſecundo pariter communicatio illa proprietatum in operationibus utriusq; naturæ,de utriusque naturæ idiomatibus dicitur. In tertio natura divina humanæ cōmunicat quod ſuum eſt, nempe gloriam atque excellentiam quandam incomparabilem,ipſa nihil eatenus ab humana communicatum habet. Hæc autem omnia fieri dicunt realiter,quomodo realem naturarū ipſarum communionem intellexerunt. Reformati verò principiis ſuis adhæreſcentes, communicationem proprietatum ita explicant, ut primum ſtatuant de Chriſti perſona integra utriusque naturæ proprietates prædicari. Non quod realiter inter ſe communicentur,aut aliæ in alias per-

meent, ſed quod realiter in una eademque perſona inſint. Deinde non diffitentur quin in operationibus muneris Chriſti utriusque naturæ proprietates agant. At id ex eo pendere putant, non quod aliæ in alias migraverint, ſed quod munus Mediatorium Chriſto impoſitum fuit, non qua homo eſt, vel qua Deus eſt præcisè atque ſeorſim, ſed quà eſt Homo-Deus, & perſona una ex duabus naturis, ſi ita dicere fas eſt, conſtituta. Denique non negant naturam divinam gloriam & excellētiam ſuam cum humana natura communicaſſe, & nihil quicquā per carnis paſſiones deminutum eſſe de divinitatis gloria, facilè conceſſerint. At communicationem illam divinæ gloriæ naturæ humanæ factam, pendere volunt non ex ipſius naturæ divinæ commu-

municatione reali, sed ex ejus c
natura humana unione person
li. Ut corpus particeps est ho
noris qui homini defertur ob in
genii præstantiam, & animi virtu
tes. Non quod revera corpus fa
ctum sit particeps naturæ anim
sed quod cum animo in unan
personam compositum est. Atq
hæ controversiæ sanè, ut ex un
profluxere, sic una ratione com
poni debent. Compositionis au
tem ineundæ via faciliùs inveni
etur, si primùm dogmata ipsa al
eorum consecutionibus sejunga
mus, quod jam fecimus in con
troversia superiore. Deinde si vi
deamus quid dogmata ipsa in s
considerata, ad cultum divinum
& ad spem salutis nostræ pertine
ant aut conferant. Et de sequelis
quidem jam à nobis constitutum
est, iniquum esse & à charitate
Chri-

Chriſtiana vehementer alienum, cuiquam imputare dogmatum ſuorum conſecutiones, ſi ab eis abhorreat. Quod igitur reformati nonnulli reliquos Evangelicos accuſant, quaſi verbis differrent ab Eutyche, re cum eo ſentirent; quod contra reliqui Proteſtantes in Reformatos invehuntur, quaſi Neſtorio verbotenus irati, cum eo Chriſti perſonam unam in duìs divellerent, ut utrumque invidioſum videri poteſt, ſic ab utraq; parte omitti ſanè debet. Hi enim, quicquid de diſtinctione naturarum in Chriſto ſentiant, unam eſſe perſonam firmiter tenent, & ſiquis errorem contrarium ipſis atribuat, gravem & atrocem injuriam ſibi fieri magnopere quiritantur. Illi quicquid de hypoſtaſeos, & naturarum, & proprietatum in Chriſto communicatione do-

doceant negant tamen acerrimè conſtantiſſimèque eas confun- â ſe, neque pilum Eutychianæ hæreſeos ſibi adhærefcere con- tentur. Temperare igitur ſibi u- tramque partem oportet à mutu- is illis accuſationibus, & dogm ipſum in ſe quantum vel valeat vel noceat in religionis negoti ſeparatim conſiderare. Eò ig- tur utrique tendunt in aſſerend ſuo dogmate, ut unum redempt- rem habeant, qui ita Deus ſit a que homo pariter, ut munere M- diatorio fungi potuerit, partim patiendo pro peccatis, ita ut ſ- tisfactionem præſtaret infinit valoris, partim intercedendo pr nobis, ita ut ſit idoneus qui n- ſtris infirmitatibꝰ conſentiat, pa- tim ſedendo ad dexteram Dei, & infinitam poteſtatem obtinendo ut nos è poteſtate omnium hoſti-

Mediatoris munus;

un

um nostrorum vindicet ac eripiat, partim denique sese nobis cōmunicando, ut naturam nostram suæ naturæ sanctissimę, quoad ejus fieri potest, quàm simillimam reddat. Quamobrem si neutra pars dissidentium infitiari potest, quin utraque talem redemptorē, quæque ex suo dogmate, habere queat, causa nulla est cur non dextras conferant, & sancto atq; inviolato fœdere conjungantur. Id autem ita se haberē sic demonstrari posse arbitror. Nam ut à dogmatis Lutherani secutoribus incipiam, Calviniani negare non possunt, quin eadem secum de persona Christi statuant, tametsi dicant aliquid præterea. Nihil enim in eo dicitur à Calvinianis quod non dicatur à Lutheranis pariter: hoc unum inter eos interest, quod Lutherani aliquid ultra

tra docendum esse existimant quod Calviniani se capere & cō coquere non posse profitentu Quando igitur Calviniani se tal habere redemptorem, qualis a salutem requiritur, ex suo dog mate credunt, necesse habent, i ipsum de Lutheranis credere, ni id quod Lutherani addiderunt dogma Calvinianorum evertat ejusque vim in religione infrin gat, ac labefactet. Jam veró si cō sequentias seponas, quas jam di ximus iis imputari non debere quoniam eas rejiciunt, quid vera quominus qui realem illam hy postaseos, & naturarum, & pro prietatum in Christo communi cationem admittit, retineat tam firmiter doctrinam de person Christi, quomodo illa à Calvinia nis tradita est, & eam extorquer sibi non patiatur? Doctrinam

Reformatorum de præsentia cor-
poris Christi in Eucharistia supra
exposuimus, ut publicis fidei no-
stræ declarationib9 explicata est.
Ad eam nonnulli Theologi, iique
non incelebres, nescio quid adje-
cerunt, quasi miraculosa quadam
& incomprehensa ratione ipsissi-
ma corporis Christi substantia,
quæ in cœlo gloriosè habitat, no-
bis hîc in terris agentibus, deflu-
xu quodam veluti physico, & ad
animarum usque nostrarum sub-
stantiam pertingente, fruenda at-
que participanda immediato cō-
tactu communicaretur. Quod et-
si verum esset, (de eo autem hîc
non agitur) nescio an faciliùs ca-
pi possit ab intellectu humano,
quàm id quod Lutherani de cō-
municatione idiomatum hacte-
nus docuerunt. Id autem, quod-
cunque est, non prohibet tamen

quo-

quominùs qui sunt in ea senten
tia, etiam illam agnoscant & am
plectantur corporis Christi præ
sentiam, quæ superiùs est à m
paucis verbis declarata. Non igi
tur omnis opinio vel falsa vel in
certa continuò veritatem ex in
tellectu depellit, & sæpè accidi
ut circa unam eandemque ren
varias foveamus opiniones qua
non satis bellè inter se conveni
unt. Nam in contradictionibus
ut ita dicam, proximis atque im
mediatis, si quis utramque repu
gnantiæ partem unà retinere stu
deat, is sanè vix evitabit quin cun
ratione insanire videatur. Ut s
quis Christum & hominem esse
& tamen non esse hominem un
eodemque respectu tueretur. Us
que enim adeò ista duo direct
inter se pugnant, ut nihil opus si
ratiocinatione ad contradiction
per

perſpiciendam. At in contradi-
ctionibus quæ ſunt inter propo-
itiones longè remotas à ſe invi-
em, & inter quas pugnam eſſe
leprehendere nequeas niſi poſt
ongā & magna arte contextam
atiocinationem,res aliter ſe ha-
bet, Neque quicquam fit frequē-
iùs quàm ut in una eademque
cientia multas concluſiones ho-
nines amplectantur, quæ ſi ratio
ectè iniretur in argumentando,
um iis principiis quæ itidem am-
lectimur, vehementer pugnare
eprehenduntur. Ad Calviniani
ogmatis aſſertores quod attinet,
aud ſanè Lutheranis iniquioribꝰ
ti debent in religionis ſuæ exi-
imatione. Etenim nihil eorum
uæ ab ipſis poſitivè de eo argu-
nento traduntur,ab aliis negatur
ſe verum. In eo culpantur tan-
um, quod non ſatis longè prove-

huntur in explicatione doctrinæ illius, neque ea admittunt quæ proponuntur à Lutheranis. Quam obrem aut Lutherani necesse habent fateri Calvinianos talem habere redemptorem ex suo dogmate, aut demonstrare deben esse aliquid ulterius absolutè necessarium ut talem redemptoren habeamus. Quid ergò? Auderēt ne affirmare eum qui agnosci Christum esse verum Deum, & verum hominem, & tamen unam in eo esse personam, non poss persvasissimum habere eumden Christum obtulisse Patri satisfactionem infiniti valoris, idoneum esse qui nostrarum sensu infirmitatum afficiatur, immensa eum potentia pollere per quam nos manibus nostrorum hostium eripiat, & talem ut nos Spiritu su sanctificare possit, atque sibi simi

le

les efficere, niſi præterea teneat ea
quæ à doctoribus Lutheranis ea
de re traduntur ? Nam quotus-
quisque eſt fidelium qui in arca-
na illa communicationis natura-
rum Chriſti inter ſe, penetrare tē-
taverit ? Ex iis qui id tentârunt,
quotusquisque eſt, ſi omnes verū
ateri volunt, qui auſit affirmare
e id quidquid eſt, quod docet, ad
iquidum intellexiſſe ? Ex iis qui
e id intellexiſſe putant, quotus-
uisque eſt deniq; qui eapropter
rmius crediderit ſeſe reperire in
hriſto omnes eas res, quæ ſunt
l munus mediatorium legitimè
ingendum neceſſariæ, quàm id
Reformati ſine ullo tali do-
nate credere & ſentiunt & pro-
entur ? Multa enim certe ſunt
quibus in Scholis disputamus,
iorum etſi memorabilis aliquis
us eſt in accuratiore explicatio-

ne Theologiæ,quum tamen ad fi
dei confirmationem & pietatis u
ſum referendæ ſunt, non eſſe ab
ſolutè neceſſariæ facilè cogno
ſcuntur. Quapropter cauſam n
video quin utrique pacis concil
andæ cauſa, conſentire poſſint i
aliquod doctrinæ ſuæ tempera
mentum,ut ſcilicet ſtatuant una
nimi conſenſione Chriſtum eſ
Deum, Chriſtum eſſe hominen
Chriſtum eſſe hominem & De
ſimul, Chriſtum eſſe unam perſ
nam, in qua una ſit hypoſtaſis
SERMONE æterno naturæ hum
næ incomprehenſo modo com
municata, duæ naturæ ita unit
ut duas perſonas non efficiant
neque tamen inter ſe confunda
tur, proprietates denique duo
diverſorum generum,quarum
eſt inter ſe communicatio, ut c
junctim,non diviſim,ad opus n

ſtræ redemptionis concurrant. De controverſiis illis in publica concordiæ formula altum ſilentium eſſe decet. Quod ſi eas penitus ſepelire neque poſſibile eſt, neque forte expedit, amandentur ſanè, atque relegentur in Scholas, n quibus agitentur, quantum id ieri poterit, ſumma cum animi ac tili moderatione. Iis rebus quæ nobis omnibus ſunt communes, iſi veteres Chriſtiani contenti uiſſent, tanta facta fuiſſet rerum n Eccleſia conturbatio, ut vix ac e vix quidem ad nos usque relio pervenire potuiſſet. De paſſinibus Chriſti video etiam eſſe liquam inter Evangelicos conoverſiam. itaque & de iis nobis iquid dicendum eſt. Paſſiones itur Chriſti vel ad corpus ipſis pertinuerunt, vel ad animam. t de paſſionibus corporis quidē

res

res eſt clara: omnes fatētur eas fu iſſe ſatisfactorias atq; expiatori as peccatorum noſtrorum. Qu in re communes habent adverſa rios Socinianos, qui eo quod ſatis factionē negant, merentur ut n pro Chriſtianis quidem habean tur. In explicatione cauſarun paſſionis animi, nonnihil eſt di ſcrepantiæ. Primùm enim non nulli Evangelici in animum indu cere non poſſunt ut credāt, quo à Calvino traditum eſt, angore illos quibus Chriſtus & paulo an te mortem, & in ipſa morte con flictatus eſt, habuiſſe rationen pœnæ propter peccata inflictæ & neſcio quas alias angorū iſto rum cauſas comminiſcuntur. De inde valde illis durum videtu & à Christi dignitate alienum eum Dei juſtitiam horruiſſe, & e aſdem animo pœnas eſſe perpe

ſum

sum, quas damnati persentiscunt. Idem enim pariter putant esse à Calvino affirmatum. Priùs autem illud certe non debet eos magnopere conturbare, qui fatentur Christi mortē habuisse rationem pœnæ propriè dictæ, atque adeò expiatoriæ, quod ejus angores animi eandem rationem habuisse putantur. Aut enim animus pœnæ propriè dictæ capax est, aut in eum pœna non cadit. Posteriùs dici non potest: nam animæ infidelium etiam à corpore separatæ plectuntur. Priùs verò quum verum sit, quid habet vel horrendū vel etiam mirabile, quod animi Christi dolores inter ejus pœnas numerantur? Et quum pœnas non in corpore modò, sed etiam in animo commeriti essemus, quid in eo potest esse absurdi, quod qui in locum nostrum va-

dis nomine successerat, in utroq poenas nobis debitas perpessus es se prædicatur? Alterum illud si facilè mitigatur. Nam in poeni damnatorum hæc sunt; dolor sci licet ob peccatum inflictus: de speratio de liberatione ab illo do lore in æternum; & odium ad versus Deum, quod ex desperati one nascitur. Et odium quidem adversus Deum à Christi anim quàm longissimè semper abfuit nec unquam purissimus Redem ptor hilum à perfectissima & ab solutissima sanctitate descivit Ad desperationem quod attinet video quidem Calvini inimico quosdam eapropter illi gravissi mè succensere, quod Christo de sperationem tribuisse vulgò pu tatur. At neque id unquam fecit neque si fecisset, in eo esset ull modo tolerandus. Itaque facili

es

eſt eatenus criminis vel deprecatio vel depulſio. Negat Calvinus id ſibi unquam in mentem incidiſſe. Reformati id ſi à Calvino dictum eſt, repudiant, & toto pectore averſantur. Ad dolorem propter peccatum irrogatū quod ſpectat, quandoquidem Chriſtus ſeſe in eorum locum ſubdidit, quid tantopere horrendum eſt, ſi eatenus pœnas damnatorum pertuliſſe dicatur? Quamobrem mihi videtur iſtius controverſiæ facilis compoſitio, ſi ad ejꝰ explicationem idem temperamentū adhibeatur, quod ante aliquot annos in quæſtione de juſtitia activa & paſſiva adhibitum eſt. Affirmabant alii Chriſti mortem ſolā, & reliquas in morte paſſiones habuiſſe vim obtinendæ nobis illius juſtitiæ, cujus imputatione juſtificamur. Vitam piè atque ſanctè

 actam,

actam, haud aliter considerabant quàm ut conditionem quandam antecedaneam & absolutè necessariam ad id ut passiones idoneæ essent quæ justitiam illam nobis impetrarent. Alii volebant justitiam cujus imputatione justificamur, conflari partim ex vita sanctè acta, partim ex morte summis cum angoribus tolerata. Atque in ea controversia hominum studia ita exarserant, ut Ecclesiæ Reformatæ ea de causa pluribus in locis propemodum secarentur. At res tandem Dei beneficio & sapientum ope ac consilio deducta est ad concordiam, cujus formula ita comparata est, ut ea utraque pars diffidentium possit esse contenta. Quidni ergò iniri posset aliqua ratio consentiendi in formulam aliquam, quæ in satisfactionem CHRIST
mor

morti attribueret, ut tamen ejus angores animi non excluderentur? Quum igitur nemo neget quod Evangelistæ tam apertè testantur, CHRISTUM acerrimè vehementissimeque fuisse conturbatum, & extraordinaria quadam mœstitia vehementissimaque anxietate affectum, manifestum autem sit anxietatem illam natam esse ex horrore mortis appropinquantis, mors verò præsertim ea de causa fuerit horribilis, quòd justo Dei judicio propter peccata nostra irrogabatur, adeò ut eapropter Christus dicatur esse factus maledictio, facilis est ni fallor litis diremptio si dicamus, nos credere CHRISTUM satisfactionis pro peccatis nostris faciendæ ergò, loco nostro subiisse mortem cùm in se maledictam, tùm horribilibus quibus-

dam angoribus comitatam. Quæ duo quùm in Chriſti paſſionib9 ſeparari non potuerint, ſic etiam in explicatione cauſarum ſalutis noſtræ disjungere nefas eſt. Neutram partium diſſidentium iſta formula offenderet; utraq; eam pro arbitrio ſuo, atque ex natura ſui dogmatis procul à contentione explicaret.

DE PRÆDESTINATIONE.

CAPUT VII.

TErtia Controverſia jam occurrit, quæ cenſetur à multis compoſitu longè difficillima, de Prædeſtinatione. Nam fatentur quidem omnes Evangelici eſſe aliquam Prædeſtinationem, cujus duas

duas veluti partes nonnulli *Electionem & reprobationem* vocant. Alii electionem & prædestinationem esse unum itemque statuūt, nec putant Prædestinationis nomen ullatenus ad reprobationem pertinere. Verùm longè major est in re quàm in verbis dissensio, ad cujus pacificationem via mihi munienda est explicatione rerum in quibus omnes convenire vidētur, Primùm igitur tam Reformati quàm reliqui Protestantes, de quorum reconciliatione hîc agitur, omnes ex æquo agnoscūt, labem peccati originalis genus humanum universum ita pervasisse, ut omnes omnium hominū facultates, quarum aliquis usus est in negotio religionis, penitùs infecerit. Adeò ut nihil ampliùs lucis in intellectu, nihil rectitudinis in voluntate, nihil in affectibus

puritatis supersit. Unde fit ut tametsi peccatum reliquerit in homine liberum arbitrium, hoc est, facultatem intelligendi atque volēdi, ita ut quæcunquæ facimus, liberè faciamus ab ea libertate quæ coactioni opposita est, (nam voluntas certè neutiquam cogi potest] contingere tamen nequeat ut quicquam designemus quod habeat rationem boni, nisi Deus Spiritu suo & mentes nostras illuminet, & volūtatem reformet, & reliquos appetitus reducat in obsequium intellectus. Sic Dei benficio omnes Ecclesiæ Protestantes à fermento Pelagianismi puræ sunt. Tum & in eo consentiunt, quomodocuque Deus [nā ea de re nondum agitur] operetur in eis qui non credunt, fidem tamen, quæ generatur in aliis, docent ex æquo nulli alii causæ assigna-

ſignari debere præterquàm Spiritui DEI, qui non modò mentem atque voluntatem excitat, ut velit aliquid in negotio pietatis, ſed etiam ita movet ut perficiat, adeò ut de laude fidei in nobis creatæ nihil ad nos noſtrasq; facultates redundet. Sic non modò Pelagianismus, ſed etiam Semipelagianiſmus ex Eccleſiis Evangelicis hactenus eliminatus eſt. Addi poteſt deniq; tertio loco quod non aliter hominem converti putant quàm per Verbi prædicationem virtute illa Spiritus comitatam: hoc eſt, per hortationes, admonitiones promiſſiones, minas, rationes & argumentationes, omneq; id genus rerũ, quæ mentẽ quâ mens eſt, movere ſunt naturaliter idoneæ. Ut converſio quidẽ fiat efficaciſſimè, at congru-
en-

enter tamen naturę humanæ,non bruto & sui nescio impetu. Quare Manichæismi etiã scopulos evitarunt. Nunc videamus, quandoquidem Calvinianorum doctrina hac in parte in aliorum reprehensionem incurrit,qua ratione fratres suos placare possint, atque eorum gratiam sibi reconciliare. Quidam ex Reformatis mysterium Prædestinationis ita interpretantur, ut doceant Deum ab æterno decrevisse gloriam partim justitiæ,partim misericordiæ suæ reddere summopere illustrem in quorundam hominum salute atque aliorum exitio: quem finẽ ita à se constitutum ut assequeretur, constituit genus humanum condere,& hominum qui futuri erant numerum ita determinare, ut ex illis alios amare vellet, alios odio suo destinare. Tum decre-

visse eum statuunt fore ut in peccatum laberentur eo consilio, ut haberet quos servaret per misericordiam, & item quos odio actu prosequeretur atque justè condemnaret ob peccatum. Quod decretum de prædestinatione, quia & lapsum hominis, & lapsus prævisionem antecessit, qui id tuentur, Supralapsarii à nonnullis appellantur. Certè nolim quemquã bonum acriùs invehi in viros præstantes, qui doctrinam illam vel primi repererunt, vel amplexi sunt ab aliis repertam. Meriti sunt egregiis aliis suis virtutibus, ut si quid humani in uno aut altero argumento illis accidit, id ipsis benignè condonetur. At non esset æquum tamen exigere à Lutheranis ut eandem Methodum in explicanda doctrina de Prædestinatione sequantur, quandoquidem
multo

multo maxima pars Calviniano-rum eam deſeruit ac prope refuta-vit auctoritate Synodi Dordra-cenæ. Alii ex illa ſublimitate ad faciliorem methodum, & quæ minus diritatis haberet quàm ſu-perior continere videtur, deſcen-dendum eſſe putârunt. Nolunt e-nim Deum (ut loquamur accom-modatè ad modum conſiderandi noſtrum) quidquam cogitaſſe de hominum Prædeſtinatione, niſi non modò poſtquam eos creare conſtituit, ſed etiam peccaturos eſſe proſpexit, ut objectum præ-deſtinationis ſit, ut loquuntur, in homine lapſo. At quum decretũ de Electione executioni mandari non potuerit, niſi interventu atq; opera redemptoris, volunt Deum ita decreviſſe electis ſuis Redem-ptorem dare, ut ab illius beneficii participatione reliquos homines ex-

excluderet, qui ideò Reprobi nuncupantur. Non quod ſacrificium, ſi per ſe ſpectetur, ſufficere nequeat redimendis hominibus omnibus; eſt enim infiniti valoris, ob ſacerdotis qui itidem victima fuit, immenſam dignitatem; ſed quod Deo neque animus neque conſilium fuit ullatenus quēquam præter electos tanti beneficii eſſe compotem. Atque ea doctrina multos ſanè habet aſſertores, viros doctrina præſtantes, & magni in Eccleſia nominis. Attamen iniquum pariter exiſtimaverim Proteſtantes reliquos eò velle adigere ut neceſſe habeant eam methodum amplecti; quum inter Reformatos multi ſint, quibus liberum ſolutumque fuit eam deſerere, atque illam revocare doctrinam, quæ Calvino, Muſculo, Bullingero, Pellicano, aliisq; præſtan-

stantissimis heroibus communis fuit, Christum ex intentione Patris, & propria in genus humanū philanthropia ac charitate, mortuum esse pro omnibus hominibus, modò credant. Aptior igitur ad pacem constituendam ea ratio & methodus esse videtur, quæ statuit, quomodocunque Electio atque Reprobatio sese habeat, redēptionem à Christo factam usqueadeò latè patere, ex Dei benigna propensaque in genus humanum voluntate, ut ad omnes omninò homines extendi queat, si modò eam amplecti non dedignentur. Eatenus enim certè saltem inter se conveniunt ii quorum concordiam quærimus. Atque eandē conciliandorum animorum viā iniverunt ante nos viri præstantes. Paræus enim in Irenico, quod Lutherani Reformatis objiciunt,

ex

ex eorum dogmate Chriſtum *pro ſolis electis* ſatisfeciſſe, *logomachiam* eſſe dicit *vel falſam accuſationem. Quia omnium,* inquit, *peccata Chriſtus portavit, diſſolvit, expiavit, ſeu magnitudinem pretii, ſeu lytri ſufficientiam ſpectemus. Non omnium, ſed tantùm fidelium, ſi lytri efficaciam, fructum, applicationem conſideremus.* Nàm ſanè niſi in illa ſufficientia pretii benignam Dei in univerſum genus hominum inclinationem comprehenſam eſſe intellexiſſet, neque logomachia eſſe poſſet, quoniam Lutherani univerſalem iſtam philantropiam acerrimè tuentur; neque falſa accuſatio, quandoquidem valor infinitus ſacrificii Chriſti qui in ejꝰ divinitate fundatꝰ eſt, nō impedit quominus Chriſtus pro ſolis electis ſatisfecerit, ſi nullā in ejꝰ ſatisfactione Deus reliquorū hominū

rati-

rationem habuit. Utique si Reformati sunt in ea sententia Christum *nullo modo* pro non electis satisfecisse, Lutherani verò defendunt Christum *aliquo modo*, nempe sub conditione fidei, pro non electis satisfecisse, & de re controversia est; non de verbo, & Lutheranorum accusatio vera est, non falsa, hoc est, nihil in eo Reformatis tribuunt quod non sit cum eorum dogmate consentaneum. Nam ad sufficientiam illā quod attinet, quæ in una infinita excellentia personæ Christi fundata est, Lutherani nunquam Reformatos accusaverunt, quasi quicquam de sufficientia mortis Christi detraherent, quatenus dependet ex immensa illius personæ dignitate. Atque idem Paræus accusationem Lutheranorum eodem pertinentem, quod ex Refor-

formatorum opinione *Deus nolit omnes homines ſalvos fieri*, ita refellit atque diſſolvit, VULT, inquit in eodem Irenico, *Deus & non vult omnes ſervari, diverſa ratione. Vult omnes ſervari, ſi omnes credant in Filium*: *Non vult omnes ſervari, ſi non omnes credant in Filium.* Quam conciliandi rationem ſeſe ex Ambroſio deſumpſiſſe profitetur. Noviſſimè autẽ fratres Poloni in Confeſſione Thorunii edita, eandem methodum amplexi ſunt, quum dixerunt *ſeſe falsò accuſari quaſi mortis & meriti Chriſti pro omnibus ſufficientiam negarent, aut virtutem imminuerent, quum idem cum Synodo Tridentina ea de re doceant*, nimirùm, *etſi Chriſtus pro omnibus mortuus ſit, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipere.* Nam Synodus Tridentina ſanè in declaratione illa fidei ſuæ non ſacri-

vide Decret. de Justific. Sess. 6. can. 3.

ficii

ficii Christi valorem in se duntaxat, sed etiam Patris philantropiam ad omne genus humanum pertinentem procul dubio complexa est. Controversia illa igitur sic composita, videamus qua in re Evangelici inter se prætereà discrepent. Lutherani videntur universum decretum electionis atque reprobationis in eo constituere, quod quum Deus omnes servare voluerit quidem, modò credant, prospexerit autem fore ut alii crederent, alii minimè, decrevit etiam eligere atque adsciscere sibi credentes, qua in re electio sita sit, rejicere verò atque condemnare incredulos, qua in re situm esse putant id quod reprobatio nuncupatur. Calviniani verò qui postremam hanc methodum sequuntur, rem ita explicant ut dicant, voluisse quidem

Deum, quæ est ipsius summa benevolentia in homines, servari eos omnes modò crederent. Verum quia ex hominum cœcitate naturali invictaque malitia prospexit fore, ut nemo crederet, nisi aliquid prætereà efficere constitueret, ajunt Deum decrevisse quibusdam dare ut crederent, selectis ex aliorum numero, cæteris verò prætermissis; atque appellant electos eos qui ad fidem habendam in æterno Dei consilio destinati sunt, reprobos verò quos Deus in eo negotio prætermisit. Sic partim in verbis, partim in re dissensio est. Et de verbis quidem fortean magnopere solliciti esse non deberemus, si consentiretur in ipsa re, neque difficile esset utrisque sua verba relinquere, si sententiæ possent in-

ter se convenire. Certè Refor-
mati negare vix possunt quin De-
us aliquod decretum condiderit
illos servandi, quia credituri erãt,
hos damnandi, quia nõ erant cre-
dituri Quod enim in tempore ab
eo fit, fuit ab eo pariter ante o-
mne tempus decretum. Quando-
quidem igitur in tempore serva
nonnullos ideò quia fidei condi-
tionem præstiterunt, alios vero
damnat propter incredulitatem,
necesse est ut ex omni æternita-
& servandi & damnandi decre-
in eis causis fundaverit. Quod
liberet appellare decretum istu
electionem atq; *reprobationem*, qu-
quam Scriptura non sic loquitu
electio illa *ex fide* esset, reprobat
ex incredulitate. At ex altera pa-
te cæteri Evangelici, si velint si
constare, nec diffidere à seipsi
necesse habent aliquid præter

in eo negotio agnoſcere, quod i-
dem ſit cum eo quod Reformati
tatuunt, aut ſaltèm adeò ad id
proximè accedat, ut nihil differre
videatur. Nimirum fatentur tan-
am eſſe hominũ corruptionem,
it per ſe credere nequeant. Quã-
obrem neceſſe eſt ut illis Deus a-
iquam gratiam ſubminiſtret, un-
e fiat ut credant. Et fatentur itẽ
uod nonnulli credunt, id eos
abere ex uno Dei Spiritu, adeò
t liberum ipſorum arbitrium
ihil ſibi ex ea laude decerpat.
Inde fieri clarum eſt ut nonnul-
s tantûm ea gratia indulta ſit,
er quam fides creatur, cæteris
erò aut omninò denegata, aut
on æqualiter indulta, quando-
uidem non crediderunt. Nam ſi
x æquo indulta foret, omnes ex
quo crediſſent. Eſt autem il-
d ipſum quod Calviniani appel-

 lant

lant *electionem* atque *reprobationei* at electionem *ad fidem*, & repro batıonem aut rejectionem *ab e gratia quæ fidem neceſſariò crea* Quamobrem ſi nihil aliud eſſe formula concordiæ in ea verb concipi poſſet, ut vel duplex ele ctio, duplexque reprobatio ſtatu retur, vel, quod malim, una ele ctio unaque reprobatio, utraqu duobus veluti actibus conſtans quorum alter in electione eſſe *a fidem habendam*, alter, iſque poſte rior, ex fide prævisa *ad ſalutem o tinendam*: in reprobatione alte ſitus eſſet in rejectione *à fide*, au *à gratia quæ fidem creat*, alter, isqu poſterior itidem, *in rejectione à ſa lute* propter incredulitatem. Ve rum nonnulla reſtant, in quibu ſupereſt aliqua litigandi materie Primûm enim Lutheranos offen dit quod Calviniani decretum i

lu

lud electionis atque reprobatio-
nis *absolutum* appellant. Dein-
de quòd volunt gratiam Spi-
ritus quæ fidem generat, solis ele-
ctis indulgeri, quum verius esset
am cæteris omnibus reddere a-
iquo modo communem. Deniq;
uod vim Spiritus quæ electis
onceditur, tantam esse docent, ut
k eos convertat necessariò atque
nevitabiliter, & in eis immutabi-
ter usq; ad mortem perseveret,
uum experientia constet multos
sse verè fideles, qui tam gravia
eccata in se admittunt, ut fides
um eis haudquaquam consistere
ossit. Ad primùm igitur illud
uod spectat, si decretum absolu-
um illis proponeretur amplectē-
um tale, quale in prima illa &
aximè sublimi methodo expli-
ndæ Prædestinationis traditur,
ud sanè magnoperè mirarer si

ab eo nonnihil abhorrerent. Etenim abſolutum Reprobationis decretum eo modo illud eſt, quo citra ullum reſpectum ad peccatum Deus multo maximam hominum partem odiſſe decrevit. Idcircò videtur habere neſcio quid haud ſatis congruens cum ea bonitate, æquitate, & juſtitia, quam Deus in verbo ſuo declaravit, quodque animum hominis perterret atque dejicit, plusquàm fert natura fiduciæ quâ in DEI miſericordiam recumbere debemus. At, ut dixi, ab ea methodo jam receſſum eſt à multis & vix millesima pars Reformatorum eam ſequitur. Si illis offerretur abſolutum decretum quale traditur in ſecunda methodo, haberent quidem illud multo minùs diritatis: attamen aliquid offenſionis in eorum animis reperire poſſet.
Et

Etsi enim ex ea methodo nemo neque odio habetur, neque odio destinatur, nisi post peccatum & propter peccatum suum; quod Dei justitiam ab omni parte absolvere videtur; attamen omnem maximæ hominum parti ad misericordiam & veniæ spem aditum præclusisse, non satis consentire videri posset cum philanthropia & ad condonandum proclivitate placabilitateque mirabili quàm Deus passim in verbo suo testatus est. Invitari autem ad participationem salutis per Evangelii prædicationem eos quibus salutem non dare omninò decrevisti, res est quæ si nonnullis è Reformatis probari potest, vereor ne Lutheranis videatur haud satis congruere cum ea sapienti, seriâ, & Deo digna ratione quam ipse & hominibus præcipit, & in omnibus se-

qui se profitetur. At neque ve lim illos eò adigi, latissimamqu viam ad concordiam eatenus pa tefecit ipsa Synodus Dordracena cùm omnes *seriò* ad salutem invi tari docuit, affirmavitque DEC gratissimum acceptissimumqu futurum esse, si omnes qui vocan tur & invitantur ad salutem, ve niant, & sic salutem consequan tur. Quam rem fratres Poloni aliquanto pleniùs declararunt, cùm eorum opinionem à se a moliti sunt qui negant Deum ul lo modo omnium salutem velle, & Dei voluntatem illam juxta quam omnes salvos esse vult, in terpretati sunt, non de sola *exter na* voluntate *signi*, sed *de interna* etiam voluntate *beneplaciti*, quæ in Deo est. Beneplacitum enim ab eis sumitur paulo latiore signi ficatu. Verba eorum sunt. *Falsò*

ac-

ccuſamur quaſi non omnes Evange-
ii verbo vocatos ſeriò & ſincerè, aut
ufficienter à DEO ad pœnitentiam
& ſalutem vocari doceremus, ſed ple-
osque tantùm ſimulatè & hypocriti-
è ſola externa vocatione ſigni, cui
ulla interna voluntas beneplaciti
bſit, ut qui nullo modo omnium ſa-
utem velit. A quâ ſententia ex
ale intellectis, aut etiam incommo-
is nonnullorum verbis in nos detor-
longiſſimè ſe abeſſe ſanctiſſimè
rofitentur. At in tertia illa me-
odo non video cur non Luthe-
ni libenter acquieſcant. Abſo-
tum autem decretum dicitur
el reſpectu electionis, vel reſpe-
u reprobationis. Et reſpectu
ectionis quidem nihil aliud ſig-
ficat, niſi in nõnullorum electi-
ne per quã Deus apud ſe conſti-
it illos à reliquis ſeparare, ut iis
lem indulgeret, nullam eſſe ha-

bitam rationem cujusquam boni rei quæ in ipsis esset, & quâ Deu allliceretur atq; invitaretur. Quo illi sanè reprehendere non pos sunt, qui fatentur omnes homine ita esse natura sua corruptos, u nihil quicquam boni in eis reside at. Respectu reprobationis ver res haud minus clara videtur. N qui prætermittuntur in distribu tione illius gratiæ, duobus mod considerari possunt: *absolutè* sc licet *in se*, *& comparatè cum electi* Et absolutè quidem si spectentu quandoquidem, ut omnes Evan gelici fatentur, corruptissimi sun à natura, atque inquinatissimi, o mninò digni sunt non modò e præteritione, sed etiam omni ali malo. Quamobrem nemini ve injustũ, vel durum videri debet ea si ratione tractantur. Sin aut comparentur cum electis, quan do

doquidem omnes æquè corrupti ſunt & inquinati, atque adeò digniſſimi qui prætermittantur omnes, quid cauſæ eſſe potuit, cur in illius gratiæ diſpenſatione alii præponerertur, alii verò poſtponerentur, niſi quod ſic Deo libuit? Abſolutum igitur decretum eſt eatenus, non quod digni non fuiſſent ea præteritione, ſed quòd quum non magis ea digni eſſent quàm cæteri, præteriti tamen fuerunt, cæteri verò electi. Id autē certè cuilibet Theologorū æque ac Calvino placere debet, niſi velit eſſe multo quàm Theologum decet, pervicacior atque inclementior. Atque ſic ſanè intelligi debent verba fratrum Polonorum in Confeſſione jam ſæpè commemorata. *Alienam*, inquiunt, *à mente noſtra ſententiam nobis tribui ab illis dicimus, qui nos accuſant, qua-*

ſi æternam electionem & reprobationem abſolutè, ſine ullo fidei aut infidelitatis, bonorum aut malorum operum reſpectu factam eſſe ſtatuamus: Cum contra in electione fidem & obedientiam, non quidem ut cauſam, aut rationem ipſius electionis in eligendis prævíſam, ſed tamen ut mediū ad ſalutem à Deo ipſis præordinatū; in Reprobatione videlicet, non tantū peccatum originale, ſed etiam quoad adultos infidelitatem & impœnitentiam contumacem, non quidem à Deo propriè præordinatam, ſed in ipſis reprobis ut cauſam deſertionis & damnationis meritoriam prævíſam atq; permiſſam, juſtiſſimoque judicio reprobatam ſtatuamus. Nimirùm in illis verbis pii doctique homines duos illos actus quos tam in electione quàm in reprobatione cōſtituendos eſſe diximꝰ in concordiæ formula, & item duplicem illam

lam conſiderationem reproborũ, *abſolutam* in ipſis, & *comparatam* cum electorum conditione, implicitè comprehenderunt, quæ nos diſtinximus pauló explicatiùs, ne quis in eorum interpretatione hæreret. Ad ſecundum quod ſpectat, etſi Calviniani ſeſe putant adduci idoneis argumentis ut credant nemini præter electos, niſi paucis fortaſſe quibusdam qui temporarii appellantur, vim Spiritus indulgeri quæ mentem intus illuminat, poſſunt tamen illibato ſuo dogmate uti hac in parte aliqua facilitate. Quum enim religio Chriſtiana inſtituta ſit electorum cauſa propriè, non æque reproborum, ſalutis hominibus procurandæ ergò, non damnationis, electione ſic conſtituta, ut electorum ſalus in tuto collocata ſit, de eo quod fit in reprobis non

videtur æquè laborandum eſſe. Etenim dum ipſe ego de ſalute mea conſequenda certo ſim, quid mea magnopere intereſt reprobis gratiam aliquam interiorem & ad mentis illuminationem aliquatenus pertinentem, aut indultam fuiſſe, aut denegatam? Concordia igitur iniri poteſt ea lege, ut quicquid reprobis concedi ſtatuatur à Lutheranis, electis tamen attribuatur ſingulare aliquid quod ita ſit efficax ut certó fidem ingeneret, per quam ad ſalutem certó itidem perducantur. Etenim, ut jam obſervatum eſt, quando diſcrimen quod intercedit inter eos qui credunt, & eos qui nō credunt, non eſt, fatente utraque parte diſſidentium, à libero hominis arbitrio profectum, neceſſe eſt ut ſit ab aliqua Dei gratia quæ aliter operata ſit in eis qui crediderunt,

runt, quam in eis qui credere detrectarunt. Illud autem singulare & est ab aliquo Dei proposito electivo, quod ad eam gratiam efficacem alios ab aliis segregavit, & habet certos quosdam characteres, quibus electi fidem suam â temporaria dignoscant. Non enim difficiliùs est eam ita designari propriis quibusdam characteribus, ut secernatur ab operatione illa gratiæ quæ communiter omnibus indulgeri supponitur; quàm certis quibusdam argumentis denotari, quibus discernitur ab eorum fide qui pauci quidẽ â Reformatis, at nonnulli tamen temporarii esse existimantur. Dũmodò igitur Calviniani suum illud propositum electivum retineant, non debent esse adeò præfracti quin reliquos suam gratiam interiorem aliquanto communi-

orem

orem habere patiantur. Et video viros sanè magnos, & magni nominis in Germania, è Calviniana communione, eam doctrinam esse amplexos, ut omnibus, aut penè omnibus gratiam sufficientem interiorem suppeditari existimēt, quum electis solis gratia quædam particularis & efficax attribuatur. Quominùs refugere debemus id pacis causa concedere Lutheranis ut habeant, dummodo nos nostrā sententiam, quàm longè veriorē esse credimus, dimittere non cogamur. Non enim illi certè qui id statuunt, volunt vi communi oris illius illuminationis, quam aut omnibus, aut, penè omnibus indulgeri contendunt, omnium voluntates constitui in æquilibrio, ut earum determinatio seu ad fidem seu ad incredulitatem, ex libero hominis arbitrio pendeat;
quod

quod Arminianorum somnium est; hoc tantùm verentur, ne si communior illa illuminationis gratia negetur, dici non possit Deum suppeditasse omnibus gratiã sufficientem. Qui metus meo quidem judicio inanis est, at talis tamen ut dummodò nihil hominis arbitrio libero in salutis negotio tribuant, aut tolerari aut condonari facilè possit. Tertium pendet ex superioribus, & si semel illa constituta sint, rationes pacis conficiendæ non disturbabit. Video enim præstantes Lutheri discipulos esse in ea sententia ut, putent, eos qui semel scripti sunt in libro vitæ, ex eo nunquam posse deleri. Id defendit celeberrimæ famæ inter eos Theologus Gerhardus adversus Jesuitas. Unde necessariò sequitur vel fidem semel genitam nunquam perire, vel sal-

ſaltem, ſi pereat aliquando, renovari tamen in electis qui eam amiſerunt. Alioqui ſi perſeverarent in defectione à fide, eorum nomen è libro vitæ expungeretur. Calviniani igitur & Lutherani [utuntur enim iſtis nominibus inter ſe promiſcuè diſtinctionis cauſa, citra contumeliam] in eo conveniunt, quod utrique ſtatuunt eos qui ſemel verè crediderunt, non poſſe quin ſalutem cōſequantur. Quod ſanè rei caput eſt. Diſconveniunt verò in eo quod illi putant nullo caſu, nulloque peccato fieri poſſe, ut fides ſemel genita penitùs excutiatur & intercidat, manere ſemper illius aliquas reliquias, tametſi peccato magnopere immunitas atque debilitatas. Hi funditùs eam ejici contendunt quidem atque extingui, ac reviviſcere tamen, & denuò

nuò generari] arbitrantur. [Quæ res ſanè habet difficultatem & diſſentiendi materiam aliquam memorabilem, at quæ non videtur eſſe tanti, ut propter eam Eccleſia ſcindatur. Statuere ergò poſſunt communi conſilio fidem in electis ſemel genitam perſeverare, ita ut in nullo finaliter intereat. Statuti verba quiſq; interpretaretur ex ſuo dogmate ea circũſpectione, eaque moderatione animi, quæ fratres pacis atque cõcordiæ amantes decet. Reſtat unum quod miras in Belgio turbas dedit; num illa fides generetur tanta tanique efficaci operatione Spiritus in electis, ut eventus neceſſariò ſequatur. Id affirmant Reformati, Arminiani negant, Lutherani non admodum apertè n eo argumento loquuntur. *Sunt* tamen hic illis nonnulla diligenter

ter obſervanda. Ac primùm quidem illud eſt, quod ſiqui inter eos cum Arminianis idem ſentiunt, à præceptore ſuo Luthero deſciverunt, qui in doctrina de Prædeſtinatione, de Libero Arbitrio, de Gratiæ & vocationis efficacitate & aliis eodem pertinentibus, aut idem credidit ac docuit cum Calvino, aut proximè ad eum acceſſit. Qua igitur in re Lutherus & Calvinus fuêre concordes, in ea eorum ſecutores æquum non eſt diffidere. Secundò quandoquidē ſtatuimus ex Lutheranorum hypotheſi, eum qui ſemel ſcriptus eſt in libro vitæ, ex illo non deleri, atque adeò fidem renovari in eo qui ſemel credidit, ſi eam penitùs intercidere contingat, omninò conſentaneum eſt ut efficaciſſima atque infallibili operatione eam inſtaurari pariter ſtatuamus

mus


mus. Etenim id ni ita esset, qui fidem amisit posset ejus renovationi ita resistere, ut efficacitatem operationis redderet irritam, & sic è libro vitæ deleretur. Quod si renovatur per vim ineluctabilem, quid causæ est cur non adhibeatur efficacitas eadem quum primùm generatur? Denique nisi generetur ine*l*uctabili virtute Spiritus, frustra à nobis constitutũ est, ex eorumdem Lutheranorum hypothesi, discrimen quod inter credentes intercedit, pendere non ex hominum arbitrio, sed ex gratia DEI. Nam si fieri potuit ut electus Deo vocanti ita resisteret, ut ejus vocationem inanem redderet atque irritam, quemadmodum eam alii irritam reddiderũt, aut non majorem, aut non multo majorem certè vim sui Spiritus in eo exeruit, quàm in eis qui voca-

tio-

tionem omninò repulerũt. Quod si fuit æqualis aut penè æqualis in omnibus operatio, tantùm discrimen in eventu, ut alii credant, alii non credant, non potuit existere ex operatione ipsa, sed ex spontanea determinatione voluntati . Id autem à Lutheranis rejicitur. Quamobrem alterum illud de Gratia irresistibili necesse est ut amplectantur. | Quod sanè vel maximè pertinet cùm ad gloriam Dei, tùm ad consolationem animorum. Attamen id si nollent apertè facere, quamquam magnam sanè in spem venio fore ut id ab iis impetremus, recusare certè nequirent quin ratio concordiæ sic iniretur, ut utrique communi cõsilio statuerent, in vocatione hominum, quorum alii credunt, alii non credunt, seu absolutè spectẽtur in se, seu inter se conferantur

cau

causam tanti discriminis peti debere ex una gratia Dei, non ex libero hominum arbitrio. Non quod incredulitatis culpa tota in unam incredulorum nequitiā atque pertinaciam conferri non debeat, sed quod fidei in nobis genitæ laus in solidum gratiæ Dei debeatur. Neque enim sanè decet homines verè Christianos ullam vel minimam partem gloriæ suæ salutis gratiæ Dei detrahere, ut eam sibi apponant. Formulam, ut in aliis, quisque interpretaretur accommodatè ad ædificationem, citra rixas & contumelias in diversa sentientes.



DE PROVIDENTIA.

CAP.

CAPUT VIII.

QUarta Controversia, quæ est de Providentia, etsi non acriter modò, sed & atrociter agitata fuit, minus tamen negotii quā reliquæ cordatis hominibꝰ facessere debet. Mirum enim est quot & quantis in rebꝰ partes dissentientes hîc conveniāt, & quàm facilè vel omitti vel tolerari possit id quod liti præbuit occasionem. Conveniunt enim certè in eo quod utrique docent Deum omnes rerum eventꝰ ab æterno præscivisse; item decrevisse prospicere rebus omnibus; tum ex illo decreto omnia à se creata sustentare & conservare in tempore, sapientissimèque administrare. Administrationem autem illam atq; gubernationem ita explicant, ut existiment ab eo institutū natura ordi-

ordinem conſervari,adeò ut ple-
rumque agat interventu cauſarũ
ſecundarum; quamquam in illis
ærere non debemꝰ, ſed altiùs ad
auſam cauſarum aſcendere. Fa-
entur omnes eum non eſſe ita ſe-
undis cauſis alligatum,quin & ſi-
e illis agere poſſit,& earum effi-
acitatẽ intercipere, & aliò quàm
uò naturaliter propendent aut
eruntur, avertere, & agentes ab
ffectis avocare, & ita deniq; re-
ere ac moderari, ut in omnibus
gnoſci debeat,non ejus imperiũ
odò,ſed & adminiſtratio,& ve-
ti manus admolitio atque effi-
cia aliqua. Usque adeò ut Lu-
eri diſcipuli negent quidem eſſe
tum in rebus, ſi eo nomine in-
lligitur neceſſaria cauſarum o-
nium inter ſe connexio, quâ
el Deus ipſe neceſſitati ſubjicia-
r, vel à ſtellarum curſu aut poſi-

tura regimen rerum ſublunarium nexu neceſſario dependere dicatur, vel ab actionibus hominum libertas voluntatis & arbitrii ſecludatur. Verùm enimverò ſi fati nomine intelligatur ipſa Providētia, quæ inferiores cauſas tum naturales tum voluntarias non excludit, ſed ſubditas atque ſubordinatas habet, & certis quibusdā modis cum eis in rerum productione concurrit, utique omnia fato gubernari concedere non erubeſcunt. Quamquam in doctrina Calvini nihil quicquam ferê magis culpare ſolent ejus adverſarii, quàm quod ad fati naturam nonnihil accedere videtur. Quum verò Providentiæ divinæ potiſſima pars verſetur in adminiſtratione actionum humanarū, actiones autem humanæ ſint duorum generum, bonæ ſcilicet & ma-

malæ,in bonis ſumma conſenſio eſt,in malis haud magna diſcordia. Nam de bonis quidem inter eos convenit illas habere unum Deum auctorem,ad quem earum laus, quanta eſt, referri debet. In malis Dei providentiam multis modis concurrere nulli diffitentur. Agnoſcunt enim Lutheri diſcipuli Deum primùm omnes malas hominum actiones præſcire ac prævidere, quæcunque ſit illa ratio per quam res futuras,& quæ dici poſſunt aliquo modo contingentes,proſpicit ac præcognoſcit. Deinde docent Deum naturam hominum ſuſtentare, eorumque peccantium vires conſervare, ſeu illos vocare ad pœnitentiam velit, ſeu verò in eis magnitudinem iræ ſuæ declarare. Diſtingvunt cum Reformatis accuratè inter motum quo Deus

hominesmovet,(nam in eo ſumꝰ atque movemur) & motus ſeu actionis vitioſitatem. Illum enim Deum auctorem habere arctè tenent, hanc homini aſſignant tanquam cauſæ propriæ & ad æquatæ. Concedunt Deum peccata permittere, atque adeò permittere volentem, non inſcium, non aliud agentem, non invitum, propter certos quosdam fines bonos & laudabiles in ſe, qui accuratè ab eis enumerantur. Ajunt Deum nonnunquam deſerere homines, atque ex ea deſertione tanquam ex cauſa aliquo modo, ſed nullo tamen vitio, deficiente, peccata proficiſci: quanquam id nunquã facit niſi juſto judicio. Non diffitentur quin pariter juſto judicio Deus, tanquam juſtus judex, homines in peccato obſtinatos, tradat ipſi Diabolo, executori divi-

næ juſtitiæ, qui eos ad varia gene-
ra peccatorum incitat atque im-
pellit. Denique ad eum pertinere
ſtatuunt ut malo metas præſtitu-
at, ne latiùs & licentiùs quàm ex-
pedit, manet aut evagetur. Siquid
igitur ſupereſt litigandi materiæ;
id conſiſtit in explicatione neceſ-
ſitatis quæ eſt in nonnullis malis
actionibus. Nam ſanè nemo ne-
gare poteſt quin Chriſtum pati
neceſſe fuerit. Quod enim erat à
Deo decretum, quod tot vaticini-
is prædictum fuerat, non potuit
non evenire. Ideò Scriptura di-
cit eum morti traditum fuiſſe præ-
definito Dei conſilio. Quando i-
gitur non potuit ad mortem tra-
di, niſi ſummo hominum ſcelere;
in ſcelere illo pariter aliquam ne-
ceſſitatem eſſe oportuit. Neceſſi-
tas autem futuritionis iſtorum e-
ventuum pendet ex duabus rebꝰ,

nimirum ex objecto quod facultates excitat ad agendum, & ex determinatione atque applicatione facultatis ad objectum, quæ certa sit atque minimè fallax. Est ergo de utroque aliquid nobis dicendum. Ut igitur ab objectis ordiamur, quum eorum propositio pendeat ex Dei Providentia recusare non possunt quin omnia ex ejus administratione atque procuratione pendere fateantur. Josephum certè Dei Providentia oblatum fuisse nefariis fratrum consultationibus, & Christum pariter eadem Providentiæ divinæ directione fuisse Judæorum consceleratissimis consiliis objectum, clarius est quàm ut quisquam id negare aut in dubium revocare audeat. Nemo autem certè nescit magnam partem efficacitatis objectorum sitam esse in loco

tem

tempore, opportunitate, & aliis iſtiusmodi circumſtantiis, quæ omnes eadem Providentia procurantur. Ad facultatis ipſius determinationem quod attinet, illa vel pendet ex illecebris atque efficacitate objecti, quæ tanta ſit ut vitari nequeat quin alliciat, vel ex facultatis ipſius habitibus, qui magnam vim habent ad facultatẽ in hanc vel illam partem inclinãdam, vel ab aliqua cauſa ſuperiore aut externa, quæ cum ipſa facultate operetur. Et de objectis quidem jam locuti ſumus. Habituum quanta ſit in animis noſtris vis, experiri quisque poteſt, ſi aurum eo loco ponat in quo adſpici poſſit ab homine avaro atque furace. Ille enim proculdubio id concupiſcet & niſi pœnam pertimeſcat, non poterit ſibi temperare quin id involet, prava cupiditate

tate inſtigatus. Quum igitur mo
tus pendeat ex objectis; objectori
verò ſubminiſtratio, propoſitio
remotio, occultatio, manifeſtatio
ex providentia pendeat, non pu
to quemquam eſſe qui neget ha
ctenus malarum actionum neceſ
ſitatem Dei providentię eſſe at
tribuendam. Neque hìc, niſi me
vehementer fallit animus, Calvi
niani Lutheranos habebunt diſſẽ
tientes. Cauſæ ſeu ſuperiores ſeu
externæ duæ ſunt: Deus, & Dia
bolus. Diaboli autem magnam
eſſe in eo negotio efficientiam, &
Scripturæ docent, & Lutherani
ultro fatentur. Neque de nihilo
eſt quòd in proditione Chriſti
Scriptura tam diſertè memorat
Diabolum ingreſſum eſſe in cor
Judæ Iſcariotæ. Conſentiunt au
tem in homines Diabolum non
ingredi, niſi per Dei providentiã.

Quamobrem & conſentire eos oportet ſiquid id confert ad determinationem facultatis ad res externas, Dei Providentiæ aſſignari debere. Hactenus ergò partes diſſidentes coire poſſunt atq; reconciliari. Dei ipſius operatio in duobus ſpectari poteſt. Vel enim conſiſtit in Impulſione quadam, quâ homines incitanrur ad eas actiones ſuſcipiendas quæ vitio junctæ ſunt; vel ſita eſt in eo quòd cùm inter duo aut plura objecta facultas fluctuat ambiguè, num potius in hanc quàm in illam partem ſeſe inflecti patiatur, quia trahitur utrinque, & in utramque partem inclinatur paribus rationum & cupiditatum momentis, Dei quædam arcana actio intervenit, quâ fit ut alterū objectum prævaleat, altero faceſſente. Poſterior autem ea actio

eſt ejusmodi, ut omni culpa vacare queat. Fac enim libram aliquam diu pependiſſe incertam & ancipitem inter duo pondera, quæ quoniam æqualia ſunt, neutram laucem elevari aut deprimi patiuntur. Deinde fac aliquem ex una lance aliquid detrahere quod paulo ſit momentoſius, qui fiat illa multò levior; & lanx altera continuò feretur deorſum, & tamen qui ex altera pondus detraxit, motionis cauſa proptiê non exiſtimabitur. Depreſſa enim certè fuit ſuopte pondere, manç quæ aliquid ex alterius pondere deruit ac deminuit, nihil in eo præſtitit niſi qùod removit impedimentum. Cur autem id removeret, habuit fortaſſe cauſas juſtas & quas nemo poſſit legitimè culpare. Quidni ergo Deus aliquid iſtiusmodi in mentibus hominũ

age-

ageret, alterum ex duobus objectis vel subtrahendo, vel obscurando, vel quocunque tandem modo de ejꝰ efficacitate deminuendo? Id autem, meo quidem judicio, sufficit ad explēdos omnes numeros necessitatis, quæ vel maximè ineluctabilis in malis hominum actionibus esse possit. Verùm esto aliquid præterea, ut viri maximi nonnunquam docuisse videntur; Incitet Deus homines arcano quodam impulsu ad eas actiones suscipiendas quibus vitiū aliquod morale conjunctum est. Attamen hìc æquos rerum existimatores meminisse oportebit illius distinctionis quæ à nobis supra ex verbis discipulorum Lutheri allata est, actionem esse rem longè diversissimam ab actionis vitiositate. Impulerit enim fortè Deus ad actionem, ad ejus vitiosi-

catem haud quaquam. Neque aliter senserunt vel Calvinus, vel Beza, vel siquis alius è nostris de arcano ad peccatum impulsu locutus est. Calvini verba sunt illustria, & omnibus nota quidem, at digna tamen quæ perpetuò commemorentur. *Hîc verò,* [nempè in illo Jacobi loco Nemo quum tentatur dicat, A Deo tentor] *non dubium est quin de alio tentationis genere disserat. Plus satis notum tẽtationes externas, quarum hactenus facta est mentio, nobis à DEO immitti. Hoc sensu tentavit Deus Abrahã, & quotidiè nos tentat; hoc est, experitur quales simus objecta patefaciendi animi nostri occasione. Sed longè aliud est extra elicere quod in animis latebat, quàm animos intus solicitare pravis cupiditatibus. De tẽtationibus ergò internis hîc tractat, quæ nihil aliud sunt quàm inordinati*

appetitus qui nos ad peccandum incitant. Illorum autorem merito DEum esse negat, quoniam de carnis nostræ corruptione manent. Et quæ eodem loco seqvuntur. Sic igitur vitari poterit ne Deus censeatur esse causa peccati. Utut se res habeat, qua æquitate utendum esse erga Lutheranos supra diximus, ut siquid impium aut sacrilegum ex eorum dogmatibus sequi videatur, id ne illis imputetur tamen, illam æquitatē ab eis Reformatos impetrare justum est. Quādo igitur omnes Reformati constantissimè negant Deum esse peccati auctorem, & siquis id eorum dogmati objiciat, quantum possunt, refellunt atque amoliuntur, habentque eam accusationem pro illiberali calumnia, id si ex eorū dogmate sequeretur, illis imputare tamē vehementer esset ali-

enum à Christiana charitate. Transigi igitur potest omne istud negotium paucissimis verbis, si utrinque concedatur, omnia Dei Providentia certoque consilio gubernari, adeò ut non modò ejus imperio pareant, sed etiam manu administrentur. Ac ne malas quidem hominum actiones isti Providentiæ eximi, quamquam ejus seu dispensatio seu efficacitas sese ita in eis exerit, ut sit ab omni suspicione culpæ longissimè remota. Quamobrem esse damnandos siqui sunt, qui Deum peccati causam esse affirment. Reliqua quæ ad accuratiorem istius argumenti tractationem & explicationem pertinent, in Scholas sunt ableganda: aut siquid de iis ad populum deferendum est, procul esse debet ab omi contentione. His ita explicatis ad considerationem cultus divini veniamus.

De

De cultu divino. De locis in quibus celebratur. De imaginibus.

Caput IX.

Cultus divinus duplex eſt; unus internus, alter verò externus. Internus autem certè hîc à nobis conſiderari non debet. Nam naſcitur ille quidem ac veluti pullulat ex indole dogmatum ipſorum. Prout enim de natura Dei, de perſona Chriſti, deque omni illa diſpenſatione gratiæ quæ nos erigit in ſpem beatæ immortalitatis, edocti atque inſtituti fuimus, ita ſunt motus illi pietatis qui in animis noſtris excitantur. At neque tanta eſt inter dogmata Evangelicorum diverſitas, ut magnam parere poſſit in ipſa pietate internam diſcrepantiam, neq; ſi-

ſiquid eſſet diſcriminis in motib9 animorum, id tale eſſe poſſet ut ad dirimendam Eccleſiarum ſocietatem pertineret. In externo cultu conſideranda habemus primò locum, deinde ea quæ in illo loco geruntur, ac denique ſermonem quem ad eum cultum Chriſtiani adhibent. Ad primum autē illud quod attinet, inter Evangelicos alii cultum divinum celebrant in locis vacuis omnibus ornamentis: alii Templa habent ornata quidem, at iis tamen rebus vacua quæ vel directè vel indirectè aliquid ex idololatria aut ſuperſtitione divino cultui adſpergere queunt: alii denique loca divino cultui deſtinata iis rebus vel ornari vel inſtrui patiuntur, quæ in negotio religionis nonnihil ſuſpicionis movere poſſunt, ut ſunt imagines. Nam reliquiis
cor-

corporum sanctorum defuncto-
rum omnes ni fallor ex æquo ca-
rent. Et vix penè quicquam in
Ecclesia Romana eorum omniũ
mentes magis offendit, quàm pu-
denda illa reliquiarum veneratio,
quæ hominum animos ab imitati-
one virtutum quibus homines
sancti olim in hac vita floruerũt,
deduxit ad superstitiosam & ido-
lolatriæ affinẽ exosculationẽ atq;
admirationem quisquiliarum, quę
passim pro eorum ossibus vel ca-
pillis, vel armis aut vestimentis
imperitæ plebeculæ venditantur.
Evangelici quorum Templa o-
mnibus ornamentis destituta sũt,
non modò ferendi sunt, sed et-
iam quacunque ratione suble-
vandi. Non enim adducuntur
iudicio atque ratione ut ornamẽ-
tis carere velint, sed necessitate a-
liqua, quia vel sub cruce vivunt,
vel

vel inopia premuntur. Siqui sunt quos in ea re superstitio aliqua aut nimia austeritas teneat, quiq; existiment magis convenire cum Apostolica simplicitate, ut loca publica in quibus Deus colitur, atque adeò cultus ipse Dei omni tali supellectile nudetur, quam solēt amare ii qui paulo sunt lautiores, [quamquam eos esse existimo admodum paucos] haud magis ideò ex cæterorum communione excludi debent, quàm ejiciuntur è cæterarum fœminarū convictu atque consortio eæ matronæ, quæ pudicissimæ quidem sunt atque honestissimæ, at aliquanto magis inornatæ, magisq; ab elegantia sæculi abhorrentes, quàm fert earum consuetudo quę cultiùs & urbaniùs educantur. Qui ab ornamentis non sunt alieni quidem, sed imagines repudiant,

ant, aut siquid est istiusmodi quod paulatim puritatem religionis corrumpere posse videatur, frui sanè debent suo judicio, nullaque necessitate adigi, ut ad aliorum consvetudinem traducantur. Primùm enim qui inter Evangelicos utuntur imaginibus, fatentur eas non esse necessarias, & siquid utilitatis afferre possunt, id posse facilè ex verbi prædicatione suppleri. Deinde etsi ex instituto Ecclesiarum Evangelicarum nusquam imagines ad id prostēt, ut vel colantur, vel adorentur, vel aliquam pietatis Christianorum partem ad se attrahant; metus tamen haud omnino inanis est, quo plerique Protestantes tenentur, ne paulatim superstitio in Ecclesiam irrepat, quæ tandem deducat ad idololatriam, bustum atque perniciem religionis. Metui autem

tem iſti addit auctoritatem ſæculorum anteactorum experientia; quibus populus Chriſtianus imaginibus olim in alium finem inſtitutis abuſus eſt ad fœdiſſimam idololatriam. At in Eccleſia Romana, non modò Templa magnificentiora ſunt, & omni genere ornamentorũ decoratiora, quàm fert Religionis Chriſtianæ ſimplicitas atque gravitas, non modò nullus eſt angulus in Baſilicis, qui non ſit refertus ſtatuis & picturis omnis generis, quæ populum ad ſui venerationem invitant, ſed & Deus ipſe parietibus appingitur, ac viſibili ſpecie repræſentatur, contra diſertiſſimum interdictum quod habetur in Lege, & in variis Scripturæ locis repetitum eſt, cum terribili ſanctione. Quod ut Lutherani nobiſcum in ea cõmunione damnant, ſic etiam nume-

merant inter cauſas juſtas atque
egitimas cur omnem cum Ro-
nano Pontifice, qui tantam in
Eccleſia fœditatem auctoritate
ſua ſolus alit, ſocietatem abrum-
pamus. Nimirùm qui pote ut ul-
a cum iis colatur in religione cō-
nunio, qui tam aperta tamque
evera Dei interdicta, pro ludi-
brio habent,& data opera trans-
grediuntur? Qui idololatriam
quidem è Templis ſuis expule-
unt,& imagines retinuerunt ta-
nen,non ſunt vexandi, aut indi-
ni habendi quibuscum arctam
ommunionem inſtituamus. Ne-
ue enim illas habent ut in earum
el veneratione vel præſentia
artem aliquam cultus divini
onſtituant, neq; patiuntur fide-
es ad eas accedere aut adorabun-
os,aut ſimpliciter ut vehemen-
iùs orent,recordatione virorum
ſan-

ſanctorum excitati. Putant tantū eas afferre aliquem ornatum Tēplorum parietibus, & ſiquid eſt ampliùs, ſitum illud eſt in inſtitutione quæ ex hiſtoriarum & rerū olim ſanctè geſtarum commemoratione ac repræſentatione ſumi poteſt. Facerent quidem certè aliquanto prudentiùs, ſi Eccleſiā priſcorum temporum imitarentur, quæ nulla vidit talia Templis ſuis ornamenta. Neque negari poteſt quin aliquæ ſint in iſtis rebus ad ſuperſtitionem illecebræ. At neque prudentia neque charitas patitur, ut ob metum incertæ rei in futurum tempus, opus pacis & concordiæ tam ardentibus votis expetitum in præſentia interturbemus. Si quid mali ex ea conſuetudine olim exoriatur, tum adhibenda erit medicina idonea & opportuna. At ideò

quia

ideo quia metuimus ne fortaſſe poſt aliquod ſæcula cauſam habeamus communionis dividendæ, nunc aut Schisma facere, aut jam factum fovere atque continuare, videtur alienum eſſe à prudentia, & charitati contrarium. Patrũ certè noſtrorum cum Eccleſia Romana longè diverſiſſima cauſa fuit. Quum enim illa à multis retroſæculis imaginum religioſum cultum pudendum in modum & exerceret & tuererur, admonita à Luthero, & a reliquis qui Reformationis opus ſuſceperant, non modò non abſtitit, ſed & Concilii Tridentini auctoritate teterrimam illam, ac religioni Chriſtianæ pernicioſiſſimã ꝯſuetudinẽ cõmunivit, & ſanctos illos prudentesq; monitores ferro ac flammis perſecuta eſt, haud ſecus quàm ſi ſine imaginum veneratione

one ne nomen quidem Christianorum retinere mereremur. Atq; adeò etiamnum & morem illum usurpat, & Doctorum suorum argumentationibus, distinctionibus, & subtilibus strophis atque cavillationibus pervicacissimè defendit. Quod sanè magno fit non reliquorum Christianorum duntaxat, sed penè totiùs orbis terrarum offendiculo, ex quo quum propemodum universo imagines ejectæ sint, (nam Turcæ nullas ad cultum divinum adhibent, Judæi eas toto animo aversantur, pauci inter populos Ethnicos eas retinent) dici non potest quàm turpe sit eas reperisse apud solos Christianos perfugium atque receptum, ubi consecrarentur summa reverentia, ac penè pro numinibus adorarentur.

De Precibus publicis. De Ceremoniis. De Prædicatione Verbi. De Sermone Eccleſiæ.

IN locis illis in quibus Evange-
lici cultum ſuum exercent, u-
urpantur primò preces; deindè
eremoniæ Sacramentorum; ter-
o prædicatio Verbi. De preci-
us autem negotium pacificatio-
is omninò facillimum eſſe de-
et. Primùm enim in eo conve-
iunt, quod unum DEUM
c invocant, & invocan-
um eſſe cenſent, quod primum
t religionis fundamentum. De-
ide unum Mediatorem atque
ntercesſorem adhibent, cujus in-
rventu id à Deo impetrēt, quod
rant atque precantur. Quâ in re
eandem cauſam habuerunt
ur ab Eccleſia Romana ſecede-

 rent,

rent,& eam maximè juſtam atq legitimam ſeceſſionis facienda juxta omnes eſſe duxerunt. Nimirum in iſta Communione, & Beata Virgo,& quidquid eſt ſanctorum cœlo jam receptorum interponuntur pro Mediatoribꝫ atque interceſſoribus apud Deū quorum gratia, quâ florent in regno cœlorum,& ſanctitate,ac dignitate incomparabili freti,homines ad Deum accedere, & remiſſionem peccatorum, omneque aliud genus bonorum cum temporalium tum ſpiritualium obtinere ſe poſſe putant. Adeò ut vix Dominus noſter JESUS CHRISTUS in tanta Mediatorum & interceſſorum turba, aut pauxillum emineat,aut etiam dignoſcatur. Unde verbo, quum Invocatio in religione duo ſub ſe contineat,nimirum vel agnitionem infinitæ po-

teſtatis in eo quem imploramus, vel cognitionem infinitæ gratiæ infinitique meriti in eo per quem numinis opem expoſcimus, utrãque illam rem Pontificii cum iis qui meræ creaturæ ſunt, quicquid hîc à Doctoribus vitiligetur, apertè communicarunt. Nam de infinita poteſtate res clara eſt, in eo quod apertè ſeſe profitentur adhibere cultum religioſum, & adverſus Virginem, & adverſus reliquos ſanctos. Religioſus enim cultus eſt cultus divinus, qui non poteſt habere pro objecto niſi rẽ infinitam. Neque diſtinctiones illæ de *latria*, & *dulia*, & *hyperdulia*, quicquam aliud ſunt quâm fucus & fallaciæ ad ludificãdas hominum mentes excogitatæ. De infinita gratia haud minùs; nec aliter arbitrabitur qui paulo propius conſiderabit quà ratione ſa-

cti, præsertim verò Beata Virgo, in ea communione colantur. Et *dii, & redemptores* habentur *per participationem*, ut Bellarminus ait, & in gestu corporis, & in motibus animorum, & in universa pietate hominũ denique, omnia cum Deo Patre, & cum Filio servatore communia habent; nihil est inter eos distinctum, nihil secretum ac separatum. Denique non modo unum Deum invocãt Evangelici per unum redemptorem, sed eadem habent, pietatis suæ ad eam rem incitamenta. Quum in religione Romana cõtra sit. Nam præter imagines, de quibus jam diximus, & reliquias sanctorum, quarum abusum omnino sustulimus, corollæ è globulis confectæ, cruces collo appensæ, grana Pontificis benedictione consecrata, & nescio quæ

alia omne genus amuleta,& quiſquiliæ,& crepundia,& pabula ſuperſtitionis,ad quam homines naturâ nimis proclives ſunt, vel incendiva ſunt quibus pietas excitatur in hominum animis, vel res in quarum tractatione, exoſculatione,admiratione ac veneratione pietas ipſa collocatur. A quibus omnibus Evangelici ex æquo abhorrent. Nihil igitur procliviꝰ eſt, quandoquidem in omnibus eatenus inter ſe conſentiũt,quàm ut vel omnes quisque ſuam veluti ſymbolam conferentes,conveniant de communi formula precũ concipiendarum, vel ſi quisque formulam apud ſe conſtitutam retinere malit, providere nequid in ea extet,quod aliorum animos offendere poſſit. Nam ſanè dogmata in quibus Evangelici nonnihil inter ſe diſcrepant, longiſſi-

mè absunt ab iis rebus ex quibu preces confici solent, aut quæ i eis intexuntur. Quod si concer tationes inter fratres ubique De displicent, non possunt quin eun vehementer irritent, si precibu ipsis, quæ meram pietatem merā que charitatem spirare debent importunè admisceantur. Atqu hic commemorare libet ad exē plum quanta sapientia, quantoq temperamento compositæ fue rint eæ precationum formula publicæ quibus Ecclesiæ Gallica næ & Genevensis utuntur. Ab sunt enim usqueadeò longê ab omni controversiarum tractatio-ne, ut Pontificii ipsi eas usurpare non vereantur. Et quod vix cre-dibile esset nisi publicè visceretur, eas inseruerunt in eos libros in quos congesserunt varias precati-onum formas, quæ vernacula lin-

lingua populo traderentur. In usurpatione Sacramentorum duo maximè memorabilia esse videntur. Unum situm est in ipsa cæremonia; alterum in recitatione formulæ alicuj9, quâ ceremoniæ institutio, natura, finis, effecta præcipua commemorantur. Et de formula quidem Ecclesiæ Romanæ, quæ Missæ Canon appellatur, idem judicium faciendum est quod jam factum supra fuit de cæteris rebus ob quas ejus communionem dereliquimus. Tam multa sunt in ea à puritate religionis semota, tam multa quæ dogma de Transsubstantiatione, cum eis quæ ex isto dogmate consequuntur, vitiavit, ut nihil unquam in religione præclariùs designatum fuerit, quàm cùm Canon ille funditùs est immutatus. Ecclesiarũ Reformatarum & cæterarum

Evangelicarum formulæ vari[æ] ſunt, at omnes opinor tales, ut o[b] eas nihil nobis opus ſit ullius ear[um] communionem reformidare. Ita que poteſt unaquæq; ſuo Cano ne eſſe contenta, aut ſi aliquis no vus Canon conſtituendus eſt, ad modum circumſpectè & conſi deratè confici decet, ne id quo[d] Communionis inter nos à De[o] inſtitutæ teſſera, adeoque vinculi & inſtrumentum illius arctiùs & magis indivulse colligandæ ad ſtringendæque eſſe debet, ad eam diſſolvendam aptiùs eſſe videa tur. Atque hic iterum mention[em] faciam Eccleſiarum Gallinicarũ. Illæ enim in adminiſtratione Ba ptiſmi utuntur ſolemni quadam recitatione, quæ naturam iſtiu[s] Sacramenti ita explicat, eaque ab infantium parentibus, atque ſu ſceptoribus exigit, ut nihil ſimpli

cius,

cius, nihil communius, nihil ab
omni vel leviſſima offenſionis ſu-
ſpicione remotius eſſe queat. In
Cœna verò tantum abeſt ut au-
ctor recitationis ſolemnis quæ in
ejus adminiſtratione uſurpatur,
quemquam lædere voluerit, ut
potiùs data opera Lutheranis nõ-
nihil gratificari voluiſſe videatur.
Nonnulla enim in ea ita ſcripta
ſunt, ut cum Calviniano dogmate
conſentanea ſint quidem, ſed ta-
men tanta eſt eorum emphaſis, ut
ex dogmate Lutherano penè ſint
colorata. Quod procul dubio fa-
ctum eſt, ut dogmatis illius aſſer-
tores ad communionem Eccleſi-
arum noſtrarum allicerentur.
Ad ceremonias quod attinet, in
Baptiſmo præter ſolemnem for-
mulam, quæ preces complecti-
tur, & aliquid de more à parenti-
bus & ſuſceptoribus ſtipulatur,

nonnulli sunt in ritibus admodu parci. Contenti enim sunt affusione aquæ, pronuntiatione verborum, *Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, & impositione nominis, cum aliquo voto Dei benedictionem flagitante. Alii præterea adhibent impositionem manuum, denuntiationem Satanæ factam ut exeat, signum crucis in fronte & in pectore infantis baptizati designatum, exorcismū, & siquid est istiusmodi. Quæ discrepantia u spectantium oculos vehemente ferit, sic mentes imperitorum solet magnopere conturbare. At eorum quibus sensus animi paulo sunt exercitatiores, & mentes cōfirmatiores cognitione veri, aliud debet esse judicium. Nempe in istiusmodi rebus considerari debet primùm ritus ipse, deinde institutio, ac denique doctrina qu

ad ritūm pertinet. Et ritus ipse quidem si per se spectetur, res est natura sua indifferens, hoc est, neque bona neque mala moraliter. Si quid mali habet, illud omne situm est in incommoditate aliqua, quam vel multitudo rerum, vel celebrandi difficultas, vel sumptus, aut aliquid istiusmodi parit.ʳ Institutio magnum habet momentum. Nam si Deum auctorem habet, necessitatem injicit: si pendet ex consuetudine Apostolorum, est in exemplo magna vis: si ritus est ab Ecclesia post Apostolos institutus, multò laxior est ejus obligatio. Et affūdendi quidem aquam consvetudo, ac pronūtiandi verba, *Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, mos, Christum habēt institutorem, ideoque omitti non possunt, sine gravi peccato,

 atque

atque adeò ſine ipſius Sacramenti ruina. Impoſitio manuum ſi eſſet ab Apoſtolis uſurpata in alium finem, quàm ut dona extraordinaria Spiritus, quæ naſcente Eccleſia fidelibus concedi ſolebant, & ſignificaret, & comitaretur, non dubitarem quin eſſet pariter uſurpanda. At poſtquàm res ipſa quam ritus comitabatur, ceſſavit, ritum ipſum perſeverare, abſurditatis nonnihil habet. Attamen quia res eſt natura ſua indifferens atque libera, nolim invitis eam eripi apud quot inolevit. Reliquæ cæremoniæ poſt Apoſtolos natæ ſunt, ideoque non aliter obligant, quàm quia ob res indifferentes, quamvis nulla neceſſitate inſtitutas, atque adeò cum aliqua incommoditate conjunctas, turbæ in Eccleſia temerè excitandæ non ſunt. Dogma verò

ſuis;

ſuis, ut ita dicam, qualitatibꝰ ritus ipſos imbuit. Nam ſi bonum eſt, ritus etiam vel boni ſunt, vel ſaltem tolerabiles. Si falſum, importuni ac minimè ferendi: ſin impurum atque idololatricum, ritibus ipſis ſuum venenum adſpergit & inſpirat. Jam verò nullum impium Lutheranorum dogma video, ac ne falſum quidē, quod ad ritus referatur. Nam exorcizant infantes quum Baptiſmo tinguntur, at non putant eos à Diabolo obſideri, quomodo obſidebantur qui exorcizabantur olim. Ajunt tantummodò infantes eſſe in poteſtate Diaboli, quia ſunt in peccato: quod quidē veriſſimum eſt, tametſi cum ritu nō congruat; idque ipſi non diffitētur. Ideoque non negant quin è re futurum ſit ſi ritus ille opportunè abrogetur. Nos autem ſanè

id vehementiffimè probaremus. Quamvis enim nolimus effe nimis feveri, fed aliquid concedere fratribus noftris in rebus natura fua neutris atque indifferentibus, ufque adeò ut fi nihil aliud fuiffet in Ecclefia Romana quod animos noftros offendiffet, præter inutiles cæremonias quibus & in Baptifmo & in aliis rebus ultrà modum & genium Chriftianæ religionis utuntur, ejus communionem pertuliffemus, putamus tamen longè fatiùs effe futurum, fi omnia reducantur ad eam fimplicitatem quam præ fe fert Ecclefia in fcriptis Apoftolorum. Nam ferendus eft ille quidem medicus, qui ægrum onerat nonnullis inutilibus præfcriptionib9, fi cætera fidelis eft, & peritus medendi. At fi quis medicamentis & venenum admifceat, & addat

præ-

præterea præſcriptiones multas cum minimè neceſſarias, tū moleſtas etiam ob ſumptus & faſtidium, certè ægrum ſaluti ſuæ juxta atque commoditati libertatiq; conſulere, juſtum procul dubio atque æquum eſt. Donec igitur ſuam illam opportunitatem Lutherani nacti ſint, exiſtimarim negotium iſtud ſic eſſe tranſigēdum: Ut in eis Eccleſiis in quibus tales ritus abrogati ſunt, in eas ne reducantur: ut in eis in quibus conſervati ſunt, ne temerè abrogentur & ſine conſenſu populi, ad vitandas turbas; ut qui ex una Eccleſia in aliam vel peregrinandi, vel negotiandi, vel etjam commorandi cauſa migraverit, eum nulla religio inceſſat quin ſeſe conſvetis in ea ritibus accōmodet, ne pacem Eccleſiæ turbet, aut infirmis præbeat materiā

offendiculi. Atque in ea re Paulum Apoſtolum & Præceptorem & exemplum habebit. De Cœnæ cæremoniis idem judicium eſſe debet. Ex Evangelicis alii eam ſuſcipiunt genibus flexis, alii ſtantes communicant, alii denique ad menſam aſſident ſacrum myſterium celebraturi. Qui ad menſam aſſident, in animo habent Chriſtũ imitari, qui in Cœnæ inſtitutione eo corporis ſitu fuit, quo ſolebant eſſe qui cibum una capiebant, & Apoſtolorum tempore idem factitatum eſſe videtur. Qui ſtantes communicant, præter aliquã Eccleſiarum ſuarũ in ea re commoditatem, in eo inſtituto hanc rationem ſecuti ſunt, quòd ſtatus ille habet aliquam reverentiæ ſignificationem, quæ ſanctæ iſti actioni maximopere convenit. Qui denique genua ſummittunt, profi-

profitentur se non cogitare de adorando Sacramento, & siquis id illis imputaret, mirum in modum indignarentur. Nam Reformati nullum dogma amplectuntur de præsentia corporis Christi, quod eam suspicionem moveat. Reliqui Protestantes, tametsi credunt Christi corpus esse præsens in Eucharistia singulari quodam & miraculoso modo, in ea sunt opinione tamen, ut existinent neque necesse esse corpus Christi in eo loco adorare, neque verò expedire aut licere ut ibi adoretur omninò, nequa pars cultꝰ illius Sacramento adhærescat. De Pontificiis qui Sacramentum adorant, haud aliter judicāt quàm de iis qui creaturæ cultum Deo soli debitum exhibent, quique idcircò fundamenta religionis ita convellunt, ut nulla cum iis Cōmu-

munio haberi possit. Cùm igitur genua flectũt à Evangelici, ea sola ratione ducuntur, quod quũ cultus divinus tum agatur singulari ratione, animus verò humanus piis cogitationibus & ferventissimis votis ad Deum evehatur, ideo gestus ille quo solemus summam reverentiam testificari, omnium isti rei convenientissimus esse putandus est. Atque omnibus sane eo liberiùs esse debet frui quemque suo ritu suaque consuetudine, quod neque Christus neque Apostoli quicquam de eo disertè præceperunt. Jussit enim quidẽ Servator ut panem & vinum ad eam rem adhiberemus, & ut ederemus ac biberemus in sui commemorationem. Reliqua quæ ad Sacramenti circumstantias pertinent, permisit ei sapientiæ quàm Spiritus propediem è cœlo mitten-

tendus Ecclesiæ Christianæ sup-
peditaturus erat. Quocirca idem
hîc velim in concordiæ formula
constitui ac definiri: Alienum
quidem esse atque abhorrens à
puritate religionis ut quod maxi-
mè, Sacramento deferre cultum
eum religiosum quem ipsi Ponti-
ficii tribuunt, ideoque nullam esse
cum eis reconciliationis spem
eatenus, donec eam labem ex sua
communione absterserint. Ad
Evangelicos verò quod spectat
qui nihil à se quicquam tale vel
designari, vel cogitari profiten-
tur, nulli Ecclesiæ necesse esse su-
os ritus hac in parte immutare,
neve licere cuiquam qui ex una
Ecclesia in aliam migraverit, sub-
terfugere quominus iis ritibus u-
tatur, qui sunt instituto & con-
suetudine locorum consecrati;
non denique licitum esse alios

ali-

aliorum ritus carpere vel ſuggil
lare, ad vitandas offenſiones. N
etſi geſtus corporeus inter eos Ev
angelicos qui genua ſummittūt
non multum differt ab eorum ge
ſtu qui ad Sacramentum adora
bundi provoluuntur, eſt tame
ille natura ſua indifferens, & æſti
matur ex animi motu quo incita
tur, animi motus ex dogmate qu
imbutus eſt, aut ſaltem quo ſe im
butum eſſe profitetur. Verbi prę
dicatio atq; auditio, in qua re eti
ſita cultus divini pars aliqua me
morabilis, pertinet partim ad do
ctrinam Chriſtianam explicandã
partim adhortationes & admoni
tiones ad populum dirigendas
partim denique ad refellendos er
rores adverſariorum, ne qua art
in Eccleſiam irrepant, & fidei pu
ritatem in animis Chriſtianorum
corrumpant. Et de admonitioni
bus

bus quidem atque hortationibus
d pietatem & charitatem, opus
on eſt ut hîc verbum ullum fa-
iamus. Non enim certè iis ſolent
iſputationes intermiſceri,& mi-
è adhortationes ille ad charitatẽ
nſtitueret,qui eodem ipſo tem-
oris & adhortationis ſuæ articu-
o,in fratres ſuos, quibuscũ con-
ordiam colere debet, acriter in-
eheretur. At in explicatione
octrinæ magna cautio eſſe de-
et. Sunt enim multa quidem,
aque, ut ſupra obſervavimus,
ongè præcipua & Scripturæ lo-
a,& religionis dogmata omnibꝰ
vangelicis ita communia, ut in
orum tractatione contentio fa-
le vitari poſſit. Eos enim qui
uidlibet è quolibet eliciunt, atq;
x uno dogmate ad aliud nulla
e cauſâ transvolant, & extra o-
as evagantur, nunc non moror.

Ec-

Eccleſiæ Romanæ prædicatores certè id in more poſitum habent, ut ad ſpeciem legitimæ prædicationis locum è Scriptura prælegãt, allocutionis ſuæ thema futurum, at ea lege atque omine, ut poſtquàm ſemel prælectus eſt, & â pauciſſimis intellectus, quia ſermone peregrino recitatur, nihil de ſcopo auctoris, nihil de vi verborum, nihil de complexûs eorũ ſententia, nihil de doctrina quæ ea continetur, nihil planè de iis quæ ad rem aliquo modo pertinent, in univerſo decurſu orationis eloqvuntur. Vel efferuntur ad laudes vitæ ſanctorum, vel miracula plerumque aut impudenter conficta, aut temerè credita commemorant, vel in Evangelicos, quicquid venit in buccam magno conatu effutiunt, vel inanibus ſpeculationibus circa natu-

am & ordines Angelorum, &
irca myſterium Trinitatis & va-
a Scholaſticorum ea de re phā-
aſmata, animos auditorum ſuo-
um paſcunt; vel ſiquid eſt in nō-
ullis melioris mentis, (ut ſanè
unt inter eos haud pauci & elo-
uentes homines, & valdè docti)
uicquid habent facultatis in di-
endo, id in explicatione rerum
d mores pertinentium conſu-
unt, neglecta Scriptura Sacra,
doctrina Chriſtiana ne obiter
erſtricta quidem, nimirùm ne in
iquos ſcopulos incidant, aut E-
angelicis favere videantur. In-
r Evangelicos DEI beneficio
ngè diverſa concionandi ratio
ſtituta eſt, longèq; magis ad æ-
ficationem & conſolationem
imorum accommodata. Nam
Scripturam ſacram explican-
m ſuſcipiunt, & in themate de-

le-

lectohærent atque immorantur, & doctrinam Apoſtolorum, quãtum poſſunt, diligenter enucleãt, & aut nulla aut pauca admodum in concionibus ſuis admiſcent, quæ non ex illo fonte ducantur. Itaque eſt illis perfacile in tanta multitudine locorum in quorum interpretatione planè conſentiũt, ſibi à contentionibus temperare. At evitari certè nequit tamen, quin identidem incidamus in ea de quibus Spiritus nondum nobis conceſſit ut idem ſentiremus. Atq; hìc dici non poteſt, ut eſt animus hominum naturâ comparatus, quàm difficile ſit in eis rebus metam diſputationis intactam ab orationis curſu prætervehi, aut arte declinare. Hoc tamen impetrare à nobis deberet & ſtudium pacis, & fratrum noſtrorum amor, ut contenti eſſemus
no-

noſtrum dogma,ſi ita neceſſe eſt,
pertè,at citra controverſiæ tra-
ctationem,exponere,ea circum-
pectione, eaque prudentia, ut
lebs quæ in alijs rebus occupa-
ior eſt,quàm ut in eas res diligē-
er inquirere & animadvertere
oſſit uſquā eſſe Proteſtantes,Ev-
gelicos, Reformatos, qui aliter
ntiant quàm quomodo audit ſi-
i verbum divinum explicari.
uid enim minùs arduum eſt,
uàm ut de loco aliquo Scriptu-
e,vel de dogmate quolibet, a-
rtè & ore rotundo exprimas
que enunties quid ſentias,at in-
rim ſubticeas tamen nonnullos
ſe alios fratres tuos quibus ali-
r videtur? Quid opus eſt ut vel
c in Gallia Germanos in con-
onibus publicis traducamus,
l ut in Germania concionato-

res, populos quos alloqvuntur, odio adverfus nos incendant? In erroribus refutandis magnus eft delectus adhibendus, accurataq; inprimis confideratio. Alii enim funt natura fua perniciofi, alii leviores, & qui cum vera pietate veraque fpe falutis confiftere poffunt. Rurfus errorum fuopte ingenio exitialium partim funt jam vetuftate obliterati atque fepult aut inter eos populos vigent, qu funt adeò magnis locorum intervallis à nobis diffiti, ut nullun cum eis commercium nobis intercedat; partim admittuntur & defenduntur ab iis quibuscun nobis eft vitæ confvetudo pen quotidiana. Illos non modò nihil neceffe eft publicè refellere fed fæpènumero non expedi Nonnunquam enim fcrupuli i

an

animos hominum injiciuntur, qui non eximuntur niſi admodũ difficulter; ac nonnemini accidit, ut dum eruditionis famam aucuparetur, errorem in populum ſpargeret, quem temerè & nulla neceſſitate prolatum, præ imperitia minus idoneis argumentis refutarat. In his diligenter inſiſtendum eſt, id ut tempus & occaſio poſtulat, ne quid ex peſte quæ graſſatur ex vicinia, fidelibus curæ noſtræ commiſſis, convictu, & colloquiis, & quotidianis, quæ evitari non poſſunt, diſceptationibus affletur. Serpit enim facilè contagio, & niſi malo obviam iretur, falſorum doctorum aſtus, & hæreticorum conſortium, infirmorum fidem procul dubiò vitiarent. Quamobrem velim ut Evãgelii pręcones ſeſe potiſſimũ

exercitarent in refutatione errorū qui apud Pontificios, & Anabaptiſtas, & Socinianos, & ſiqui ſunt aliqui alii ejuscemodi hæretici hocce tempore, obtinent & pervagantur. Etenim ab illis magnopere metuendum eſt, tum quia penè commixti cum hominibus hisce morbis laborantibus vivimus, tum quia eorum plerique miro quodam ſtudio ardent doctrinæ ſuæ diſſeminandæ. Errores leviores ſunt itidem duplicis generis. Eorum enim partim ab eis defenduntur quos in aliis rebus habemus pro hæreticis, & à quibus vel ipſi diſceſſimus, ut ſaluti noſtræ conſuleremus, vel qui à nobis diſceſſerunt, quia deſeruerunt aliquod ſalutare religionis dogma; partim eorum doctrinam quos pro fratribus agnoſcimus,

mus, commacularunt. Illos in concionibus nonnunquam reprehenſione perſtringi nihil prohibet; neque enim inde turbæ metuendæ ſunt, quandoquidem jam diſceſſio facta eſt, neque qui eis imbuti ſunt, merentur ut ſua peccata diligenter obtegamus. Hos non modò nihil neceſſe eſt publicè refellere ſed qui id facit, ſaltem ſi id faciat paulò acerbius, & tanquam hoſtili animo, peſſimè conſulit & gloriæ Dei, & Eccleſiæ ædificationi, & concordiæ atque mutuæ dilectioni quam Deus inter fideles ſanguine Filii ſui ſancitam eſſe voluit. Quocirca ſiqua pax inter Evangelicos ſperanda eſt, iſtud debet eſſe immoto atque inviolato decreto conſtitutum, nequis fratrum ſuorum dogma in con-

cionibus suis odiosè exagitet, quomodo semper in Ecclesiis nostris publicæ tranquillitati, quæ ex studiis diversa sentientium turbari poterat, sapientissimè prospectum est. De sermone quo cultus divinus celebrari debet, pauca sunt quæ dicamus. In Ecclesia Romana conciones ad populum habentur quidem ea lingua quæ ab omnibus intelligi queat; nisi quod inepti quidam prædicatores, & febriculosi eruditionis suæ ostentatores multa ex auctoribus cùm græcis tum latinis, præsertim verò è Patrib9, memoriter recitant, quibus tanquam versicoloribus ornamentis, oratio variegata splendescat. In reliquis partibus cultus divini Latina lingua loqvuntur, inconditiore illa certè nonnunquam, & plu-

pluribus ſcatente nęvis, at ea tamen ut non modò à plebe, ſed ſæpè etiam à ſacrificulis ipſis neſciatur quid rerum agant. Cantū autem Pſalmorum atq; hymnorum ſacrorum, qui olim promiſcuus eſſe ſolebat, & quo nihil efficaciùs eſſe poteſt ad pietatem inflammandam, aut Eccleſiaſticis & Clero, ut loquuntur, reddidere proprium, aut ſiquis è Laicis eum uſurpat, quia nihil in eo quod canitur intelligit, nullus ad eum inde fructus pervenit atque redundat, niſi quod pulmonem exercet, & canoro boatu fornices Templorum & laquearia pulſat. Quaſi pulcherrima res olim, & utilitatis ad zelum incendendum incredibilis, mulcendis auribus, non conſolandis conſcientiis, & animis in cœlum evehendis de-

stinata foret. Quæ res præter ab surditatem atque importunitatē quam habet in re adeò seria atque gravi, cum instituto divino è diametro pugnat. Quæcunque enim in Ecclesia dicuntur eò pertinent, ut iis homines ad pietatē excitentur. Excitatio autem illa piorum motuum quæ fit in affectibus, vel bruta est atque sui nescia, vel proficisci debet ex intelligentia rerum ad pietatem generandam ab ipso Deo comparatarum. Quæ intelligentia nulla est, si res illæ sermone peregrino, & ab auribus atque consvetudine populi abhorrente, pronuntiantur. Itaque & ea res Ecclesiæ Reformatores meritò mirùm in modum alienavit à communione Romana. At inter Evangelicos omnes id servatur inviolatum ex

æquo,

æquo, ut non modò conciones quæ habentur ad populum, sed & quicquid in Ecclesia aut dicitur, aut canitur, aut recitatur, sit ad intellectum etiam infimæ plebeculæ, quantum potest, accommodatum. Quo magis studiosè cavere debent nequid vel in concionib9 vel in precibus, vel in reliqua Liturgia adminisceatur, quo pax, & concordia, quæ inter fratres esse debet, ullo modo violetur. Quo enim plures illud animadverterent, eo latiùs scandali occasio & vitii contagio manaret. Quod summopere cavendum atque providendum est. Id autem quia potissimè situm est in judicio, prudentia, moderatione & circumspectione Pastorum, quorum multi nescio qua animi intempe-

riè, & præpoſtero atque intempeſtivo zelo, qua jure quave injuria, in fratrum ſuorum opiniones, ignotas illas ſæpè ac penè inauditas, temerè deblaterant, unde oriuntur graviſſima ſcandala, & curſus Evangelii retardatur, nobis hîc de eorum delectu, deque ſynodis à quibus deliguntur, etiam aliquid dicendum eſt.



De Miniſtris Evangelii, deque Synodis.

Caput XI.

ECcleſiæ Evangelicæ igitur, ve degunt ſub Principibus qu ab Evangelica religione ſunt ali eni

eni, & colunt communionem cū Eccleſia Romana, vel habent Principes atque Magiſtratus profeſſione Evangelicos. Et priores illæ quidem eo loco ſunt eoque ſtatu, ut nullas Synodos cum reliquis communes habere poſſint. Ii enim qui ad Reipublicæ gubernacula ſedent, vel odio noſtræ religionis, & ut nobis incommodent, vel quia ſic putant ſuis reb9 melius eſſe conſultum, prohibere ſolent ne Evangelici, qui in eorū ditione atq; poteſtate ſunt, quidquam commune habeant cum exteris nationibus. Itaque eas proprias & ſeparatas ſynodos celebrare oportet. Illas autem ſynodos neque neceſſe eſt neque verò expedit, ullos admittere Paſtores qui doctrinæ apud ſe receptæ in omnib9 non aſſentiuntur.

Non, inquam, necesse est. Potest enim illa concordia cui procurandæ studemus, & iniri, & sarta tecta conservari citra illam mixturam Pastorum discoloris veluti sententiæ. Non etiam expedit, nequid à potestate politica in eo genere turbetur. Haud enim facilè Principes aut Magistratus supremi, qui contrariam religionem profitentur, permitterent eos admitti ad fungendum munus publicum, qui foverent dogma diversum ab eo cujus promulgatio edictis atque legibus permissa est. Quod igitur ab illis postulari potest, in hisce potissimum consistit. Primùm, ut actis synodalibus, & quantum id illis per auctoritatem Principum licere poterit, literis, communionem suam cum aliis Ecclesiis Evangelicis testificen-

tur. Deinde, ut fideles aliunde advenientes, etsi in quibusdam religionis capitibus haud satis consentientes, benignè excipiant, admittant ad suam communionem, charitate sublevent, intempestivis disputationibus non fatigent aut lacessant, denique adversus eos omni Christiana bonitate atq; facilitate utantur. Postremò, ut severissimè interdicant ne quis eorum Pastorum qui ex ipsorum uctoritate pendent, ullis seu scriptis, seu dictis, privatis aut publicis concordiam solicitet, & siquis liter faxit, gravibus censuris coerceatur. Quæ Ecclesiæ non sunt n ditione Principum Romani 'ontificis auctoritati subditorū, el habent Magistratus ejusdem ecum confessionis, ut Lutherani utheranos, Calviniani Calvinia-

nos itidem; Vel habent Magiſtratus diverſæ confeſſionis, ut in Marchionatu Brandeburgico Lutherani Calvinianum; vel ita ſunt mixtæ, ut pariter mixtos Magiſtratus habeant, aut ſaltem in unam ſynodum convenire atque coaleſcere facile poſſint. Ad eas quod attinet quæ Principibus & Magiſtratibus ejusdem confeſſionis ſubjectæ ſunt, ut ſunt Eccleſiæ Reformatæ in Hollandia, in Anglia, in Haſſia, in Helvetia, & Genevæ, & ut erant Eccleſiæ Palatinatûs ad Rhenum ante funeſtum hocce & tot cladibus utrinque acceptis nondum expiabile bellum, quo Germanicæ nationes omnes etiamnum affligantur. Item Auguſtanæ Confeſſionis Eccleſiæ quæ ſunt in Svecia, Dania, Saxonia, in Ducatu Wirtemberg-

bergico, atque alibi; eas præter istiusmodi decreta & Epistolas Synodicas, oporteret aliarum alias conventibus interesse per Legatos, quorum interventu atque opera, & amicitiam colere, & cõmunionem tueri, & quicquid dissidii ortum esset, componere, & denique in medium consulere possent. Neque dici satis luculenter aut cogitari potest quantum id valeat ad concordiam conservãdam. Assuescunt enim homines alii aliis, & postquàm invicem paulò familiariùs innotuêre, agnoscuntur pro fratribus qui anteà pro monstris habebantur. Quæ autem interdicta communi consilio proposita forent in eos qui quacumque ratione pacem turbarent, illa etiam sic admitterentur libentiûs, tanquam condita

dita communibus suffragiis, & faciliùs executioni mandarentur. Quæ verò Ecclesiæ ita mistæ sunt, ut commodè possint in unā synodum convenire, id si faciant, videtur fore consultiùs & efficaciùs ad concordiam retinendam. Et in delectu Pastorum quidem res est expedita inter Evangelicos, quæ si cum Pontificiis esset, magnis difficultatibus impediretur. Primùm enim inter eos prædicādi munus à Pastoribus ordinariis ferè ad Monachos devolutum est, quorum nulla propriè in ea re est vocatio. Nā qui Monachi olim fuerunt, absciderunt sese ab omni hominum commercio, adeò ut nullum publicum munus sustinere possent. Inconsultò certè id quidem, & præter Dei ipsius institutum, qui nos ad societatem
&

& aptos fecit & proclives natura atque propensos, partim ut aliorum inserviremus usibus, partim ut eorum ope atque opera sublevaremur. At quocunque consilio id ab iis factum sit, institutum suum servabant, quum nunc iis qui sese monachos esse dicunt, nihil frequentiùs in hominum oculis volitet, nihil intempestiviùs sese hujusce sæculi rebus immisceat, aut per omnes humanæ vitæ partes licentiùs vagetur. Quamobrē si qua foret cum Ecclesia Romana molienda reconciliatio, esset illud hominum genus vel omninò tollendum, vel saltem, si id quod optimum est, impetrari non posset, redigendum ad paucissimos, qui antiqua Monachorum instituta tenerent. Deinde etiam Pastores ordinarii, ad quos prædicandi

mu-

munus propriè pertinet, ex Pontificis Romani decreto ſeſe voto cælibatus obſtringunt, quod & conſcientias induit in laqueos, & religionem Chriſtianam omni genere fœditatis mirùm in modū conſpurcavit. Eſſet igitur illis ſua reſtituenda libertas, quod vix ac ne vix quidem Epiſcopus Romanus pateretur. At Evangelici omnes, & Monachatum iſtum ſuſtulerunt communi conſilio, & Miniſtris Evangelii conjugii libertatem, per tyrannidem ipſis ereptam, redonaverunt. Denique Paſtores illi ordinarii in Eccleſi Romana iſtud ſibi mùneris arrogîrunt, ut in eorum vocatione Sacerdotii ratio longè potiſſima ſit quo freti Chriſti corpus ìmmolāt & Deo offerunt ſcilicet, in propitiationem peccatorum. Involaſſ

au

autem in Sacerdotium ſine Dei vocatione, quum facinus fuerit olim ſeveriſſimis ſuppliciis vindicandum, ubi de pecudibus immolandis agebatur dũtaxat, quid cenſere debemus de eorum auſu, qui æternum & unigenitum Dei Filium, contra jus & fas, contraq; voluntatem Patris cœleſtis, ſacrificare aggrediuntur? Nulla igitur eſſe poteſt cum eis in religione pacificatio, quin abolito ſacrificio ſacerdotium pariter aboleatur. Quum Evangelici mirè hac in parte inter ſe conſentiant, neque quidquam in Miniſtrorum munere deſiderent, niſi ut Evangelium prædicent, & Sacramenta adminiſtrent, & præter exemplum bonæ vitæ, & piè atque temperanter actæ, Eccleſiam legitimo regimine gubernent ac moderentur.

tur. Hæ igitur solùm in eorum delectu cautiones observandæ videntur, ut unaquæq; Ecclesia Pastorem sibi deligat, penes verò Synodum sit potestas examinandi ea quæ pertinent cùm ad vitam & mores, tum ad eruditionem & eas dotes, quæ sunt isti muneri fungendo necessariæ. Ad doctrinam quod spectat, nihil ab eo exigere oporteret, nisi ut ei Confessioni ex animo subscriberet, quã Ecclesia, à qua delectus esset, amplecteretur, utque ita doceret & publicè & privatim, ut nihil ab eo in publicas concordiæ leges committeretur. Nimirùm non expedit invitæ Ecclesiæ præponere Pastorem iis dogmatibus imbutum quæ cum publica fidei istius Ecclesiæ declaratione non consentiunt. Est enim primùm ædifica-

tio

tioni serviendum, quæ sanè haud satis benè ac feliciter promovetur, cùm Ecclesiæ suus Pastor ab aliqua parte suspectus est. Deinde habenda est ratio Pastoris ipsius, qui non potest ex animi sententia ac mente planè defecata munus sibi demandatum exercere, ubi sese videt suspicionibus expositũ, & multis fortean ex grege nonnihil invisum & injucundum. Denique danda est opera diligenter ne qua turbis & divisionibus occasio præbeatur. Ægrè enim admodùm obtineri potest à Pastoribus, ut in totum abstineant ab iis rebus quas putant esse verbo Dei consentaneas, & conducibiles ad religionem provehendam, & est insitus omnibus amor quidam propagandæ suæ doctrinæ, qui non nisi difficulter auctorita-

te

te publica reprimitur, ſi quis occaſionem nactus ſit in qua poſſit iſti ſuæ cupiditati indulgere. Id autem cùm fit, quia ſtatim vel ab Eccleſia tota, vel à magna illius parte reclamatur, tum ad eas pugnas deſcenditur quas hîc volumus evitare. Attamen ſi Eccleſia Lutherana conſentientibus ſuffragiis Paſtorem Calvinianum, vel Eccleſia Calviniana conſentientibus itidem animis, Paſtorem Lutheranum exoptaret, nolim ſanè cuiquam eſſe præreptam libertatem utendi jure ſuo. Quod enim privatis licere debet, in hoc Eccleſiarum Evangelicarum fœdere, quod animis votiſque deſignamus, ut à Lutheranis ad Calvinianos, & vice verſa tranſire queant, id cœtibus univerſis pariter licitum eſſe oportet. Etenim

ubi libertas æqua non est, ibi pax firma & diuturna esse non potest. Neque verò hîc quisquam metuat nequid sibi decedat. Christo enim certè, non nobis, discipulos acquirere debemus.

§§§§§§§§§§§§§§§§§§

De officio Principum, Pastorum, & Populorum in eo negotio. Conclusio.

Cap. XII.

OPus sanè magnum est, & in quo, ut initio diximus, multi frustra hactenùs operam perdidisse videntur: at quod moliri tamen atque movere, semper laudabile est, quodque factu non esset usq;-

uſqueadeò difficile, ſi Principes, ſi Paſtores, ſi populi denique ipſi, quiſque pro virili ſua parte, in eo ſtudium ſuum ponerent, atque ex animo ac diligenter elaborarent. Omnium enim certè operam, induſtriam, ſedulitatemque requirit. Et Principes quidem in eo auctoritatem ſuam explicare deberent, ut ex omnibus orbis Evāgelici partibus, quantum id fieri atque impetrari poſſet, Synodus convocaretur, in qua tam utilis tam neceſſaria, tam grata Deo atq; Angelis inter præſtantiſſimos Theologos conſultatio iniretur. Quam rem ſi illi in animum ſuum inducere poſſent, non dubito quin pios illos conatus, Deus, cujus gloria agitur, benedictione ſua clementer & ſupra ſpem atque opinionem hominum ſecundaret.

Nam si CHRISTUS tàm disertè pollicitus est, duos è fidelibus, siqua de re à Deo impetranda consentiant, quæcunque tandem illa sit, repulsam nō esse passuros, quid existimare debemus de tot consentientibus votis, in re quâ nulla Deo gratior & acceptior esse potest? Suffragia autem in ea Synodo libera esse oporteret, & numerum Theologorum ab utraque parte parem, nequid esset suspicionis ne alterutra violenter opprimeretur, & moderationem Synodi ex æquo inter utrosque divisam, ne qua discordiæ materies ex æmulatione suboriretur, & uno verbo tantam in omnibus rebus auctoritatis æqualitatem, ut ne levissima quidem vel querelis vel factionibus occasio relinqueretur. Ad eam rem Pastores de-

putandi eſſent doctiſſimi, prudẽtiſſimi, moderatiſſimique, ut neq; magnitudini rei præ virium imbecillitate impares eſſent, neque fructum tanti operis temeritate ſua perderent, neque inconſulto inconſideratoque zelo transverſi abriperentur. Inprimis vero abeſſe neceſſe eſt vincendi cupiditatem, & dediſcendi verecundiam quæ mentes hominum ita præpediunt atque occæcant, ut neque veritatem oblatam adſpiciant, neque adſpectam cognoſcant, neq; aliquatenus agnitam admittant & amplectantur. In eo certamine, in quo veritas quæritur, qui ab ea ſuperatur, quique ſuperatus libenter cedit, & ſe fatetur eſſe victum, ille triumphat. In iſtis colloquiis in quibus de pace inter fratres conſtituenda conſultatur

 qui

qui in reb9 ad ſalutem hominum non abſolutè neceſſariis, nonnihil de zelo veritatis remittit, ut totus charitate ardeat, ille DEO ſimillimus eſt. Eſt enim certè Deus ut ipſiſſima charitas, ſic etiam ipſiſſima veritas quidem. At ut in eo veritas ad naturæ & virtutum excellentiam attinet, ſic charitas eſt virtutum omnium apex, & flos ex omni perfectionum naturæ divinæ genere veluti delibatus, Contra verò qui adverſus veritatem, animum obfirmat, ille errori, & mendacio, & vitioſis animi perturbationibus mancipatus, ſervit ſervitutem omnium fœdiſſimam maximèque indignam præſtantia & nobilitate mentis humanæ. Qui veritatis obtentu in rebus in quib9 error tolerari poteſt, fratrum communionem re-

fugit, ille & vim charitatis resolvit, quâ nihil Deo magis gratum est, & veritatem sæpè amittit unâ. Eos igitur quibus tantæ rei administratio committetur à Principibus, vacare affectibus oportet, & habere ante oculos, non laudis aucupium, non amorem opinionum suarum latè dissipandarum, non dominandi libidinem, non propriæ auctoritatis stabilimentum, sed Dei gloriam, Ecclesia commune bonum, hominum salutem, & conscientiam facti longè pulcherrimi, ac dignissimi æterna memoria gratæ posteritatis. Populorum in ea re partes sunt & Principium consilia, & Pastorum conatus atque labores juvare votis, precibus, jejuniis, lacrymis, sanctis cogitationibus, piisq; motibus animorum. Non illi

cordi debet eſſe factio, non ſtudium partium, non mens præconceptis opinionibus addicta, non animus pervicax aut pertinacia deſtinatus, ſed ad bonum flecti facilis, & qui ſeſe verò vinci haud ægrè patiatur. Præſtantiſſimi illi viri, quorum opera Deus uſus eſt avorum noſtrorum memoria in Eccleſiæ reſtauratione, rem præſtiterunt ſimilem miraculo, & quæ doctrinam incomparabilem, robur animi invictum, & excelſam, heroicam, & penè divinam mentem omninò flagitabat. Verumtamen quia neque Apoſtoli fuerunt, neque Prophetæ, errare potuêre, & ſiquis eos interrogâſſet quid de ſe ſentirent ipſi, à ſe nihil humani alienum eſſe ingenuè reſpondiſſent. Itaque de iis cogitandum eſt tanquam de ho-

minibus quibus Ecclesia Dei tantum debet quantum nemini mortalium secundum Apostolos aut eos qui penè eodem cum Apostolis præditi spiritu, eodem cum ipsis tempore, nascente Christianismo, floruerunt. Iis cælo receptis, etsi omnis ætas eximios DEI servos, & divinæ veritatis assertores acerrimos, nobilissimosque prædicatores tulit, nullis tamen fuit cum tot tantisque hostibus, & cum tam tetra ac formidabili errorum hydra confligendum. At illis etiam nonnunquam decertandum fuit cũ propriis affectibus, quibus cæterorum omnium monstrorum domitores sæpenumerò succumbunt. Sic Romani Pontificis imperium conjunctis viribus diruere aggressi sunt magno animo, &

quod

quod aggresſi ſunt, invicta conſtantia & incredibili virtute perfecerunt. Ex ejus poteſtate Dei populum in libertatem aſſerere voluerunt, & quam mentem illis Spiritus Sanctus indiderat, Deus ipſe proſecutus eſt ope cæleſti, & ſucceſſu adeò felici atque proſpero, ut cœlū ac terra obſtupuerint ad tantæ rei admirabilitatem. Suborto verò nonnullo disſidio, quod, ſi omninò vacaſſent affectibus, poterat facili negotio cōponi, Dei populum in duas partes diſtractum ſeorſum abduxerunt, cùmque unam tantummodò Jeruſalem inſtaurare deberent; duas condidere, quæ hactenus haud ferè minùs acriter inter ſe, quàm cum hoſte communi belligerarunt. Nam ut in corpore humano vulnus inflammatio ſe-

quitur,ſic in Eccleſia Dei partium diviſionem,ac veluti ſolutionem continui, animorum odia ſecuta ſunt,quæ miſerabilem in modum efferbuêre. Ea niſi Deus & cognitione veritatis,& Spiritu charitatis mitiget, magnopere metuendum eſt,ne Romani pontificis poteſtas nondum funditꝰ everſa, tandem aliquando revaleſcat,qua utrique mutuis ſimultatibus debilitati,vel ſeorſim,vel conjunctim haud dubiè opprimerentur. Per igitur Chriſti ſanguinem, qui nos una redemptione conglutinavit, per ejus reſurrectionem, quæ nos eâdem ſpe conjunxit,per indivulſam eam communionem per quã Eccleſia cum eo in unum corpus myſticum coaluit,per viſcera illa miſericordiæ D E I, quibus nos idem oriens ex alto viſitavit,inve-

tera

teratas iſtas inimicitias tandem aliquando deponamus, ardor ille pugnandi concidat, bellum quo flagravit Eccleſia aliquantiſper interquieſcat, ut poſitis affectibus de ratione pacis ſtabilis atque diuturnæ inter nos conciliandæ conſultare valeamus. Tu verò ILLUSTRISSIME ac POTENTISSIME PRINCEPS, cui Deus eum animum inſpiravit, ut Evangelii gloriam, & Domini noſtri Jeſu Chriſti regnum, omni ope augere, promovere, atque amplificare velles, macte eſto iſta virtute quam tibi majores tui, præcellentisſimi Principes, hereditariam reliquerunt. Illi enim ferè primi omnium inter Germaniæ proceres, tyrannidem Pontificis Romani, & corruptelas quas in religionem Chriſtianam inve-

xerat, pertæsi, divinam veritatem in orbe Christiano renascentem amplexi sunt, & sese atque populos suos in libertatē asseruerunt. Illi Reformationem secuti, pro eo jure quod omnibus Principibus concessum est qui summè imperitant, proque ea pietate quę semper fuit in excelsissima Domo tua prope singularis, puriorem religionem & propagarunt summo studio, & armis adversus ejus hostes insuperabili fortitudine defenderunt. Illi Evangelicas Ecclesias in libertatem vindicatas, at nescio quo fato divulsas à se invicem, & sententiis nonnihil, animis multo longiùs multoque periculosiùs diremptas ac discrepātes, piis svasionibus, prudentibus consiliis, & auctoritate qua pollebant apud omnes bonos maxi-
mâ

mâ, redigere in unum corpus, & reconciliare sategerunt. Illi denique postquàm Christiano sapientique isti consilio nonnullorũ pertinacia, peccatum omnium, & temporum calamitas obstitit, firmi tamen manserunt in eo proposito, ut neque quicquam de cõstantia sua in puritate fidei remitterent, neque tamen pacis istius inter fratres constituendæ aut curam abjicerent, aut occasionem ullam intentatam præterlabi paterentur. Inprimis autem memorare juvat utriusque parentis tui virtutem exempli sanè inter omnia memorabilis & supra hujusce sæculi modum. Alter enim Domui Austriacæ, quæ non ampliùs occultis cuniculis libertatem Germaniæ subruebat, sed adoriebatur aperto marte, ac penè

jam de vindicibus ejus & afferto-ribus omnibus fuperbè trium-phabat, Deo confifus oppofuit animum imperterritum & res fe-cundas quibus elata ruebat ad oppreffionem & extinctionem Germanici nominis, victricibus armis cum invicto Guftavo fuffla-minavit. Neque verò tanto armo-rum fuorum comite deftitutus, minus propterea vel fpem vel a-nimi propofitum tenuit, fed con-ditiones pacis fæpenumerò à Cæ-fare oblatas, quasque quilibet fortè alius admittere fefe fine de-decore poffe putaffet, quia tamen alios Principes è ditionibus fuis per vim & nefas expulfos, non re-ftiruebant in integrum, manebat verò fic vera Religio pluribus in locis propemodum extincta, ma-gno femper animo repudiavit.

Altera virili fortitudine & heroica pietate fœmina, dilectiſſimo conjuge præmatura morte & in medio curſu victoriarum erepto, in tanto luctu, tamque irreparabili actura, non mœrori, non plāgoribus, non lamentationibus muliebribus ſeſe dedidit, non infracta metu, aut mole tempeſtatum quæ impendebant, deterrita atque perculſa, vel ſe, vel populos tuos, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, vel communem dignitatis libertatisque Germanicæ cauſam, ſibi deſerendam eſſe putavit. Illa igitur arrepto Principatûs gubernaculo, cui tractando per ætatem nondum par eras, tanta ſapientia, inuſitata in eo ſexu magnanimitate juncta, rei tuæ atque publicæ navem rexit, ut Cæſareanos impetus vel eluſerit, vel repulerit,

vel disjectos ac dissipatos reddiderit inutiles, Illisos fluctus rupes ut vasta refundit. Quam ad rem quia quantum momentum situm sit in magnitudine Galliæ, & in Regum nostrorum fide atque amicitia, vidit & intellexit sapientissima Princeps, fœdus cum iis ab antecessoribus tuis contractũ, usque ab antiquissimis ductum temporibus, subinde repetitum, ab immortalis memoriæ Principe patre tuo renovatum, ab ipsa generosis & laudis plenissimis facinoribus sancitum ac confirmatum, inviolatum conservavit. Ut sitne pietate illustrior, an venerabilior gravitate ac sanctitate morum, an propter bonitatem amabilior subditis tuis, an commendabilior sapientia & usu rerum, an invicta animi constantia admira-

rabilior apud omnes, an denique prosperrimis successibus felicior existimanda, non amicorum duntaxat, sed & inimicorum testimonio, hactenus fecerit ambiguum. Eo loco nunc res sunt, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, eo statu reditum tuum expectant, ut lustrata Gallia nostra, salutatoque Rege, patriæ parentique redditus incolumis, quod spero atq; voveo ex animo, ipsa Domum tuam sapientibus consiliis administrare pergat, tu rebus in bello fortiter feliciterque gestis, in dies inclarescas, ac tandem gloriam immortalem consequaris. Purissima autem certè laus, & maximè ad omnia secula pertinens atque perennis, ex eo tibi fonte manabit, si ea te solicitudo perpetuò urget atque stimulat, componen-
di

di inveterati dissidii, quod Evangelicas Ecclesias non tam à se invicem divisit, quàm miserè dilaceravit. Quod siquis unquam cum aliqua spe rei perficiendæ aggressurus est, tu certè is es, POTENTISSIME PRINCEPS, quem multæ causæ incitant atque impellunt ad id alacriter suscipiendum. Nimirùm stemmatis splendor illustrissimus magnam apud omnes alios Principes gratiam tibi auctoritatemque conciliat: Majorum tuorum memoria cùm alibi tum præcipuè in Germania etiamnum viget, æternumque vigebit, Parentis tuæ venerandæ virtutes, inter quas ardor quidam pietatis emicat, incœpta tua sēper enixissimè juvabunt: vigor est ingenii in te ipso atque animi incredibilis, cui nulla

nulla tanta rei quam optamus difficultas obſiſtere poteſt, quam vel non expediat, vel nō perrumpat; comitas gravitate temperata tanta eſt, ut ad tuum adſpectum ferociſſima & ab omni cultu humanitatis abhorrentia ingenia miteſcant: mentem tibi DEUS indulſit ad rerum cœleſtium conſiderationem evectam, quam benigno & favente numine ſemper adſpicit; corpus majeſtate verendum ad omnis laboris patientiam factum eſt, ætas verò nunc eſt ea quæ ſi Deus bonorum votis annuat, ſpes te jubet inchoare longas, quæque ſiquid erit in eo negotio arduum, tandem aliquando pervincet ac ſuperabit: Conſultiſſimorum conſiliariorum magnam copiam Mater tibi & conſervavit à Patre relictos, & ipſa per

per se comparavit, inter quos quãti fieri debeat is qui tuæ educationi præpositus fuit, prudentissima Princeps, cùm aliis res tuas domi militiæque, ei teipsum fideique illius credidit atq; commisit, testatissimum fecit omnibus: postremò celeberrimorum Theologorum opera tibi præstò est, quibus & aula tua referta est, & Academiæ atque Ecclesiæ Landgraviatus tui piè providenterque gubernantur. Ego procul dissitus, & celebritate nominis, & eruditionis copia, & cæteris dotibus longè inferior, hîc eos appellare audeo, atque hac mea qualicunque opella ad eximium istud opus fidenter concitare; eorum conatus adjuturus tota mente omnique animo, siquam aliam rem eò conferre possim præter assiduas pre-

preces, & ardentia vota, quæ pro incolumitate Celsitudinis tuæ, proque tanti incœpti prosperitate, apud Deum Optimum, Maximum, per JESUM CHRISTUM Redemptorem nostrum, qui terræ cœlum reconciliavit sanguine suo, fundo supplex atque nuncupo.

F I N I S.

RERUM



Rerum Index.

Ser-



HAnc disputationem viderunt & approbarunt V. R. D. D. Pinellus de la Cantinaye, & Vacherius, Pastores Ecclesiarum Baugiaci, & insulæ Burchardi, quibus id muneris demandatum est.

L. S.

Per festinationem operarum non tam licuit nobis (distractis variè)esse oculatis,quin remanerent menda,quæ benevolus lector condonabit,& aliquod crassiora quæ hic visum est annotare haud gravatim corriget

Pagina 23. Linea ultima pro Gallinicæ lege Gallicæ.

Pag.27. lin. 14.pro vatiæ lege variæ.

Pag.31 lin. 18. pro dogmta lege dogmata.

pag.37. lin.13 & 14.p. medullam consistere leg. medullam cum altera consistere.

pag 41.lin.16. pro tanrum lege tantum.

pag.45. lin,11,&12. pro re-religione lege religione.

pag.49.lin.12-pro in cautis lege incautis

pag 49.lin.17. pro Denique nam summa leg. Denique (nam summa.

& lin.18.pro duntaxat omnes leg. duntaxat) omnes

pag.51, lin.6 pro loquendi leg. loquenti.

pag. 52. lin. 10 pro non recipiunt. recipiunt.

pag. 75. lin.15. pro corruptam lege corruptum. & 75 lin.16. pro inquinatam lege inquinatum.

pag.108 lin. 9. prædicatoribus. Ubiquitalem.lege prædicatoribus Ubiquitatem.

pag.122.lin.6. pro cuiusque lege cuiuscunque.

p 127 l.2. pro ſuppediterr ſuppeditari. p. 131.l. 16.p.ur in ſcholis le ut in Scholis. p.134.l.17. p.proptietates lege proprietates, p. 138.l 11.& 12.ex uno profluxere.ex uno principio profluxere. p 172.l 11.pro eſſe l. eſſet, p.180. l.9 pro eligendis præviſam l.eligendis eſſe præviſam. p. 180.l. 10. pro præordinatum le. præordinatam, p.186.l.20. pr.immunitas leg.imminutas p. 195.l.6. pro quanta eſt,l. quanta quanta eſt.p.196.l.19.pro inſi l.niſi. p.201 l.16. pr.patiatut le.patiatur. p.202,l.9 qui quo p.202 l.13.pro proptie leg.propriè p.207 lin.ult. pro internam internâ. pag. 213.lin.6.pro qui l quî.pag.214 lin. 11.pr. talia Templis leg talia in Templis. pag. 215.lin.1.pro ideo quia metuimus le. quia metuimus. pag.215.lin.2.pro aliquod aliquot p.215.l.11.pro retroſæcalis lege retro ſæculis. pag 214 lin,9. pro decet lege debet. pag.224 l.17.pro Gallinicarum le. Gallicanarum. pag.228.lin. 15. pr. quot leg.quos. pag. 232.lin.18.pro commoditarem leg commoditatem. pag.234. lin 2. pro flectunt à Evangelici lege flectunt Evangelici. pag.237. lin.17.pro nt iu le. ut in. pag.238 lin. 16. pro eloquuntur lege eloquantur. pag.241.lin.7. pro inquirere & animadvertere lege inquirat ,animadvertere. pag.251.lin.ultim.p.aſſentiuntur l.aſſentiantur.p. 257.l. 4 itemq; lege idemq;.

Finis.

